Impedito iudicio falluntur auditores
Per affectus impediuntur iudicia
Ergo falluntur auditores, & per consequens mali sun
Responsio est: fallacia à dicto secundum quid ad
dictum simpl: affectus in iudicio non sunt adhibendi
ergo prorsus non sunt. Boni autem Oratores iam
probationibus allatis incitant eos iudicia.
Ex una specie sublata non tollitur totum genus.
Invidus potest parere rationi sed ita non amplius
manebit invidus. nam alioqui pugnare.

Quando ve[?] tum [?] est non statim prope
rat ad actum, sed expectat imperium aut pro
bationem voluntatis. At in belluis affectiones
statim prorumpunt in actum nec expectant volun
tatis iudicium.

Sensus carnis sunt inimicitiae adversus Deum
Omnes affectus sunt sensus carnis
Ergo, sunt inimicitiae
Ad minorem: esse distinctionem in renatis & non r
enatis.

Perturbationes sunt affectiones modum excedentes.
Tum aut Stoici negant sapientem in re mala affi
& sic argumentabantur: Nihil est bonum nisi virtus
& nihil malum nisi vitia

Quodcunque immobile est non movetur
Animus est immobilis, Ergo moveri nequit
est ambiguitas

X443
3x16

Obseruata ex Immanuelis Tremellij lectionibus in Ieschaiam Prophetam.

et in

Hoscheam, Joëlem et Amosum.

Emmanuel Tremellius.

Ab Adamo ad diluuiu	1656
A diluuio ad Abraham.	292.
Isaac	100
Iacob.	60.
Ioseph.	90
Vixit Ioseph	110
Moses.	60
Exitus ex Aegypto.	80
In deserto.	40
Iosue dux	32.
Othoniel iudex	8.
Aod.	80
Debora	40
Gedeon.	40.
Abimelech.	3.
Thola	23.
Populus captus ab Ammon.	18

Iosephus lib. antiquit. 10 cap. 3 [illegible] dicit Ezechiam à Deo uitam sibi prorogari petijsse, ut legitimum adhuc sibi haeredem procreare possit, quem adhuc nullum habebat. quod uerum est, nam Manassen genuit anno post morbum tertio. qui Manasse cum 12 annos esset natus regere coepit.

[illegible] אֱמֶת ad זָכַרְתָּ, nam iuxta regulam communem esset אֲמִתָּה nunc autem ה expungitur per syncopen.

Habent uerba quorum est secunda una ex litteris בגדכפת singularem inflexionem per apocopen in prima coniugatione [illegible] ה ל

יֹסֵף pro יוֹסֵף pro [illegible] in participio benoni.

Nomen cum numero [illegible] denarium coniungitur in singulari numero, ut עֶשְׂרִים שָׁנָה uiginti anni. infra autem decimum numerum in plurali ut חָמֵשׁ שָׁנִים quinque anni.

In forma constructionis minor numerus fere semper cum denario iungitur ad significandos compositos numeros à 10 ad 20. In foeminino quidem semper in mascul. autem plerumque

Temporum nomina numeralibus subiuncta supra denarium sunt singularia, infra uero pluralia: ut יוֹם & שָׁנָה

אֵל iam masculini iam foemin. generis est. בַּשֶּׁמֶשׁ, cum sole. nam ב ut uarias praepositiones significat, ita [illegible], cum. [illegible] autem in ipso sole miraculum respectu [illegible] אֲחֹרַנִּית retrorsum. בְּמַעֲלוֹת hic ב [illegible] post.

10 בִּדְמִי in [illegible]. בְּשַׁעֲרֵי hic [illegible] ב ad. פֻּקַּד in coniugatione pual significat plerumque desideratus est. ut & hic. [illegible] [illegible] sum residuo annorum meorum; id est, incipior ex uita amittere ad iustam aetatem perueniam. הַחַיִּים horum [illegible] aliogui uidetur prius Rex [illegible] post [illegible] uitam. Deum à facie ad faciem uidere, ut est. Similiter paulo post non dicit singular

se hominem post vitam nullos visurū, (nam mortui electos se inviturum in loco beatitudinis videru?) sed in terra se amplius visurum negat. חֶדֶל ætas

12 Habitatio mea translata est & abducta à me, ut tentorium pastorale, succidi ut textor vitam meam, per morbi succindere me, à die ad noctem sic consiciet me.

דּוֹר infinitivus pro nomine usurpatus. Psalm. 84, 11 habet hoc ipsum verbum in infinitivo non [illegible] sed ר . utrumque enim [illegible] venit. In Orientalibus regionibus quibusdam mons est .. ut pastor tentoria in aliis sive posuit figere, & ubi depastus fuerit alio illa movere. Kimhi dicit , positum est ה loco ז radicalis. Aben Ezra existimat ex 2b. radical. nomen 2. primas conspicii, & aucem formativam adiectivi quod venit à רָעָה pastore.

קִפַּדְתִּי Sibi attribuit causam prematura mortis.

דַּלָּה à radice [illegible], ut שָׁנָה

A die & ad noctem) id est uno die per morbi vehementiam absumor & consiciar.

Versus 13

Statui (Constituebam) usque mane tanquam leo, ita contrivit omnia ossa mea, à die usque ad noctem consiciebat me s. morbus.

Dictio כָּאֲרִי constituit membrū non quorum [illegible] subintelligi [illegible] טרפו יְשַׁבֵּר עַצְמוֹתַי confringere solet ossa praeda sua. חִיל in femin. genere hic usurpatur. תַּשְׁלִימֵנִי

Vers. 14 Ut grus (&) hirundo, ita garriebam, gemebam ut columba, attollebantur se oculi mei in excelsum, ô dominator, oppressit me (morbus), [illegible] me.

סוּס grum fere semper significat: sed cum praeponitur nomini עָגוּר significat grum. alioqui סִיס solet pro grue. habetur similiter סוּס Ierem. 8,7.

אֲצַפְצֵף à radice צוּף repetit radicales litteras ad supplendum & secundas litteras radicalium, & dagesch, omissas.

יוֹן columbus non est in usu. sicut nec יוֹנוֹת in plurali numero sed יוֹנִים

Cum dictionis desinentis in ה [illegible] accentus ... littera primae monosyllaba vocis imprimitur dagesch עָשְׁקָה־לִּי.

i. quid melius opus est. i. promisit salutem
15 Quid loquar? & dixit, & idem fecit, [i. praestitit] ~~lenitus~~ incedam [i. transigam totum] omnibus annis meis cum amaritudine [i. meditatione sacrificans] animae meae.

futurum hithpael. pro אתדדה. Sed cum elisum est & per dagesch in prim. ד compensatum. tale est verbum ~~&~~ hic tantum [enim] & Psalmo 42 reperitur, versu 5

16 O Dominator in eis (vel per ea s. verba) vivent [s. homines], & omnibus s. annis in quibus ~~sunt~~ vita spiritus mei (est) ut sanasti me, ita vivifica (id est in vita conserva) me.
Non tantum vita naturali vivit homo, sed vita hominis pendet a verbo & promissione Dei
שֶׁאֲשֶׁר s. בָּהֶן · שְׁנוֹתַי s. וּלְכֹל
ותחלימני littera ו hic significat similitudinis coniunctionem ut saepe in Proverbiis, in quibus ipsis etiam nonnumquam subtilius ponitur. sic Proverb. 27

17 Ecce post pacem amaritudo mihi (fuit) amara, et tu dilexisti animam meam (extrahendo) e fovea ~~destructionis~~ consumptionis, proiecisti post corpus tuum omnia peccata mea.
נֶפֶשׁ anima, saepe vero significat id est animam vitalem.
גֵּו forma גֵּו, corpus. unde גֵּוָה

18 Nam non sepulcrum celebrabit te, neque mors laudabit te, non celebrabunt [exspectabunt] descendentes (in) lacum veritatem tuam.
Eiusmodi significat cur postliminio sanitati sit restitutus.
In participio & futuro affixum 2 personae masculinae solent invenire assumere in littera affixi dagesch in causa ut distinguantur
יְשַׁבְּרֶךָּ pro יְשַׁבְּרְךָ ita כשד & שלחה. כבש & שלחך
יודך participium in nomen degenerat propter constructionis formam. (i. veritatem tuam) in praestandis promissis.

19. Vivens, vivens (inquam) laudabit te, ut ego, pater filiis indicabit fidelitatem tuam.
Particula אֶל pro אֶת, sicut & Ierem. 4, 22 Iud. 7, vers. ult.
Psal. 2, 7. אֲמֶת intelligit veritatem in complemento promissionum Dei

20 Dominus servaturus me (pollicitus est) quapropter pulsationes nostras pulsabimus omnibus diebus vitae nostrae in domo יְהוָה. i. אָמַר, dixit, promisit: & etiam praestitit. (Iehouae.
נַגֵּן pulsauit. נְנַגֵּן pulsabimus, nimirum ego & cantores constituti a Dauide & a Solomone confirmati ad canendum inter sacrificia.
בית pro בבית nam ב pro על saepius usurpatur.

21. Dixerat autem Iesaias, sumant massam ficuum & ligent circa ulcus & sanabitur:
Quod ad ordinem attinet, inter 6 & 7timum versiculum sunt versus 2 sequentes interponendi.
וְיִשָׁא) Quoniam impersonaliter apud Hebraeos 3 persona verbi 3 futurum pro illa persona usurpant. Schewa autem suo privilegio excludit dagesch quod ש ex regula imprimendum esset.
מְאֹרִים Plinius lib. 27 c. 23 ficus dicit cum melle adhibitas esse in conando efficaces. & Galenus dicit, habere ficus vim expurgandi duros humores. non igitur necesse est ut putemus a Iesaia adhibitam esse vim miraculo fecisse ad ulceris sanandum.

22. Dixerat etiam Ezechias Ezechias, quod est signum quod ascensurus sim in domum Iehouah.
בית pro בבית ne concurrant duae litterae eiusdem soni.

Caput XXXIX.

1. In tempore eodem misit Merodach Baladani rex Babel litteras & munus ad Ezechiam, audiverat .n. quod aegrotasset & convaluisset.
De hoc rege nihil aliud commemoratur. Babylonia enim provincia erat Assyriorum. Interfecto autem Senherib defecerunt Babylonii, ut iam Merodach defecisset. Misit autem legatos hic rex
Ioseph. lib. 10 cap. 3 ut novum suum regnum per amicitiam Ezechiae confirmaretur: Est et causa legationis, ut de portento quod factum erat in
2 Par. 32 Babylonem, diligentius scirent. Est et causa ut tentaretur Ezechias, atque hoc sibi Dominus proposuerat ut animi motus in Ezechia detegerentur. Quarta causa quae hic narratur est, ut legati regi de restituta valetudine gratularentur.

2. Laetatus autem est de eis Ezechias & ostendit eis domum aromatum suorum seu pretiosarum suarum, argentum & aurum & aromata, & oleum bonum; & armarium suum, & omne quod reperiebatur in thesauris suis non fuit quicquam quod non ostenderit eis in domo sua & in toto dominatu suo. (grat-iam)

2. Paral. 32,25, describitur latius quo animo Ezechias legatos exceperit, nimirum superbo & elato. quare etiam grauem reprehensionem & comminationem à Domino retulit.

נְכֹת significat aroma. vau autem in singulari habetur.
ה autem in affixo loco ו ponitur. alij accipiunt נְכוֹת pro quauis pretiosa re. quam interpretationem sequentia uerba approbare. ibi enim nominatim ac specialim aroma nominatur.

שֶׁמֶן הַטּוֹב) opobalsamum intelligit cui (ut inquit Plinius) terra Iudaea concessum. אוֹצָר thesaurus ut כּוֹכָב
לֹא הָיָה דָבָר his uerbis innuitur superbia adducta Iesechiae hac omnia fuisse.
ut מְסִגֶּרֶת sic etiam מֶמְשֶׁלֶת

3. Tum uenit Iesaias propheta ad regem Ezechiam. Quid dixerunt uiri illi, & unde uenerunt ad te, & dixit Iesechias e terra longinqua uenerunt ad me, nempe ex Babylone.

Quando מִן prepositio prefixa non est מֵאַיִן (מָא) motu in loco significat. ubi, coniuncta autem in אַיִן hic resoluitur in ־ & ?, qua post longam uocalem potestate sequebatur. (צוּם. 16)

7. Intelligit de posteris Manassae. nam ut בְּכוֹרוֹת maiores מִבָּנֶיךָ significat, ita & בָּנִים posteros. Manasse enim quamquam semel fuerit captus minime autem in aula regis Babel non fuit. De Sedechia igitur intelligendum hoc est: qui à Nebuchadnezar abductus est. (Jo. 3 / 103 / 43)

סָרִיס pertinet ad eorum nominum formam qua dagesch in 2 habent, hoc enim apparet ex ־ quod in plurali reseruatur. סָרִיס autem etsi aliquando eunuchum significat, tamen hic aulicum denotat ut & in Genesi Potiphar סָרִיס uocatur qui tamen uxorem habebat.

8. Bonum est uerbum Domini) uerba sunt Ezechiae se submittentis iusta ferula diuina.

20 כִּי עָשָׂה הכי pro quo Paral. 32 הַלְאֵתִם iniquit.

Caput. XL.

Quoniam mentionem fecit in fine praecedentis capitis captivitatis Babylonicae, iam describit liberationem ab eadem captivitate: semper autem cogitandum est, hoc non solum de captivitate Babylonica dici, sed de captivitate qua Diabolus nos captivos tenuit, & a qua Christus nos liberavit.

1. Primum inducit loquentem ipsum Deum, ut maior sit sua orationis auctoritas. ad vehementiam quoque orationis facit ingeminatio verbi נַחֲמוּ. est autem imperat. piel.

2. צְבָאָהּ constitutum tempus eius, s. quod Deus praefinivit ipsorum captivitati & calamitati.

עַל-לֵב In Genes. 34, 3. Loqui super cor, i. blande loqui. Similiter Ruth. 2, 13. 2 Sam. 19, 8.

Clamate ad eam) id est perspicue praedicate illi.

צְבָאָהּ Iob. 7, 1, & 10, 17: & 14, 10 צָבָא constitutum tempus significat: similiter נִרְצָה completa est. Levit. 26,

vers. [illegible] vers. 41. v. 43 — עֲוֺנָהּ iniquitas eius, id est poena iniquitatis eius. ut Genes. 15, 16. item a nonnullis Genes. 4, 14: item significat.

1 Sam. 3, 21. Iob. 14, 2. — Accepit duplicia) Dicit Deum dedisse eam, ut homines solent qui duplici ac gemino supplicio suos hostes afficiunt.

כִּפְלַיִם dupli. ut sing. כֶּפֶל — Intentio autem est, quod illis supplicii de peccatis nostris sumptum sit, hoc autem totum respectu Christi dicitur.

3. Vox clamantis in deserto: praeparate viam Domini; ~~dirigite~~ in solitudine (s. clamantis) dirigite semitam Deo nostro.

Magnum erat inter Babylonem & Ierosolymam desertum ac vastum; multaque praeterea erant redeuntibus Iudaeis superandae difficultates: clamatur igitur ad desertum Deus, ut omnia impedimenta tollantur.

פַּנּוּ removete. ~~[illegible]~~

Immisit autem in animum Cyri Dominus, ut populum dimitteret; atque hoc erat quaedam vox Dei & iussum ut impedimenta tollerentur.

4. Omnis uallis exaltetur, & omnis mons & collis deprimantur, ut redigatur quod prouersu erat in rectum, & salebrosa (loca) in uallem.

Declarat manifestius ut omnes difficultates & impedimenta reditus captiuorum tollantur. Sunt enim omnes metaphoricæ locutiones.

Ierem. 17, 9 similiter usurpatur עָקֹב
רֶכֶס ascendit: inde רְכָס præruptus locus.
בִּקְעָה a בָּקַע fidit. non uallis quasi findens duos montes uideatur.

5. Vt reueletur gloria Iehouah, & uideant om̄ caro quod os Domini loquutum est.

Et uideant) id est experiantur. ut Psal. 34, 10: טַעֲמוּ וּרְאוּ gustate & uidete. i. experimini. ....

Omnis caro) id est homo. frequentiss. in Scriptura, reperit ita Deuter. 5, 26. Ioel. 2, 28.

6. Vox dicentis: Clama. & dixit. Quid clamabo? Omnis caro foenum & omnis benignitas eius tanquam flos agri.

Id est liberatio non pendet ab ullis humanis uiribus aut uoluntate aut beneuolentia, sed tantum a uerbo Domini.

Homo comparatur quoque foeno. Psal. 37, 2. & 90, 5 ~~& 103, 15~~.

7. Exaruit foenum, decidit flos, cum spiritus Domini flabit in ipsum sane (hac ratione) populus foenum est.

8. Exaruit quidem foenum, decidit flos, at uerbum Dei n̄ri stabit in perpetuum. Quasi dicat si redemtio mei populi niteretur hominum uoluntate instabilis esset, at quum ita uerbo Domini statuta est, etiam in executionem ueniet.

11 טָלֶה forma שֶׂה agnus. in plural. טְלָאִים
עָלוֹת foeta uacca ~~ex~~ dicuntur, quod eas tauri conscendant.

12. שֹׁעַל pugnus, pugillus. זֶרֶת ~~palmus maior~~ palmus maior;

ihor sgraf.
is plusquam
itudinem
perfectū
mutata est.
uo obdurit
uahnus
mei non
tum.
...
... solet
... ad

qui complectitur maximam extensionem extremorū digitorum. תִּכֵּן & etiam תִּכֵּן disposuit, direxit. כל defectiuū, à כָּלַל consummauit, conclu[sit] שָׁלִישׁ signa מִדָּה גְּדֹלָה mensura magnam. פֶּלֶס libra. à פָּלַס direxit, librauit. מֹאזְנַיִם staterā, libra, trutina: ab אזן quod reperitur Eccles. 12 pro שָׁקַל ponderauit

15.

Ecce Gentes tanquam gutta ex situla, & tanquam pulvis minimus bilancium reputantur, ecce regiones, tanquam tenuissimum (crinē) transferet.

Restat ergo quod difficultatem afferre possunt Isaiolin's quo minus perveniri in partitum [illegible] quam Daniel. 8, 7 in hithpael. significat מרר eleuauit se: hinc venit מַר gutta. ex situla non eleuata & extracta ex ~~situla~~ Gutta autē exigua res est respectu totius aquæ quæ in situla est.

אִי plerumq; quidem insulam significat, interdum tamen sumitur pro regione fluminibus, montibus vel alijs fixis limitibus septa, ut & hoc loco.

à דקק venit דַּק minutū; hinc Grammatica Hebræis דִּקְדּוּק vocatur, quod à minimis rudimentis minutissima quæque exquirit.

16.

Libanus autē non est satis ad incendendū, & feræ eius satis ad holocaustum.

Sanctitas diuina his verbis indicatur, utpote cui pro dignitate non sacrificatur etiamsi omnia ligna Libani comburerentur & omnia animalia eius in holocausta offerrentur. לְעוֹלָה pro עוֹלָה. לְבָעֵר pro בָּעֵר

17.

Omnes ipsæ gentes tanquam nihil respectu eius minus quam nihil, & vanitas reputatæ sunt.

מאפס

מֵאֶפֶס. מ ex praepos. מן inaequalitatem in comparatione significat. sic Psalm. 62, 10: significat etiam, minusquam. aliàs plusquam

18

Cui ergo assimilabitis Deum? & quam similitudinem conferetis ei?

אֶל־מִי ad quem. id est, cui. תְּדַמְּיוּן hic est praefixum verbum, nomen ה tertia radical. thema. דמה in י mutata est.

19.

Simulacrum ipsum operuit artifex, & aurifaber auro obducit illud atque catenas argenteas conflare solet.

Occurrit huic dictioni: Quamvis quidem ipsi quantumuis sunt homines cum Deo, potentia ac sapientia comparari non possunt, attamen habent magnum in suis diis praesidium. Hos deos scitos dicitur, tanquam ab ipso artifice factos. חָרָשׁ artifex ab exercitamento dicitur. צרף dicitur proprie artifex qui versatur circa purganda & fundenda metalla.

רְתוּק forma פָּעוּל

20

Qui ad paupertatem redactus est in oblationem lignum (quod) non putrescat, eligere solet, quaerere solet, artificem industrium, ad praeparandum sibi simulacrum, quod non moveatur.

21.

Nonne scitis? nonne cognovistis? nonne audivistis? nonne indicatum est a principio vobis? nonne intellexistis fundamenta terrae.

Sermonem convertit ad eledum populum ne se aspectu idololatriae in Babylonia à vero Deo divellatur. Kimhi putat hos interrogationes ad quamon cognitionis sunt referri: nimirum a natura quid habemus cognitum, deinde ex lectione habemus, ex narratione, & ipso aspectu huius fabricae mundi. Sed simplicius & verius est si amplificanti causa has interrogationes repeti sentiamus.

22

Qui sedet super circulum terrae, cuius habitatores sunt quasi locustae, qui extendit tanquam panniculum coelos

& expandit eos tanquā tabernaculū ad habitandum.

Num. 13, 34: utuntur quoq; exploratores terrae Canaan-
hac comparatione locustarum. illi quidem impie ad labefactan-
dum populum, prophetae autem recte ad exprimendam Dei
magnificentiam.
הנוטה) qui extendit coelū, id est, semel in creati-
one extensum in eodem statu semper conseruat.
דוק à radice דקק
כאוהל לשבת) finem conditi coeli notat, nimirum ut
sub eo homines & reliqua creatura ~~sub eo~~ tanquā sub
tentorio habitarent. Coelu enim Deus propter homine
creauit, hominem autē propter se.

23

Qui redigit principes in nihilū, iudices terrae tanquā
inane fecit.
Prouidentiam Dei praedicat, synecdochicos: dum enim
Deum principibus sua prouidentia imperare dicit, adeo
ut vel in nihilū redigere possit: indicat multo magis
alios homines sub eius potentia esse.
תֹּהוּ vacuū a rad. geminata תָּהָה

24

Ac si non plantati fuissent, ac si non sati fuissent,
ac si non radicē egit in terra truncus eorū; &
etiam cum sufflauit in eos tunc exaruerunt, & turbo
tanquā stipulam auferet eos.
אף accipitur hic pro כְּאִילוּ a summa autoritatis
Rabinis Aben Ezra & Dauid Kimhi.
Comparatio similis est. Nahū 3, 7. & Iob. 8, 18.
זֹרָעוּ praeterit. pual. dagesch cum ∴ compensato per
cholem. שֹׁרֵשׁ eiusdem formae & temporis.
גִּזְעָם truncus. יִבָּשׁוּ futur. prima enim radicalis
amittitur. כַּקַּשׁ hic כ videtur traiecta. videtur

enim

enim proprie dici debent וְכַסְעָרָה קַשׁ תִּשָּׂאֵם
id est, & ut turbo stipulam, auferret vos.

25.

Igitur cui assimilabitis meo & ero aequalis, dicit sanctus

Potest quidem institui comparatio inter Deum & creaturas sed ad ostendendam inaequalitatem: comparari autem creaturam Deo, ut illi aequalis reddatur fieri non potest.

26

Attollite in sublime oculos vestros & contemplamini quis creavérit ista, qui producit in numero exercitum eorum (corporum coelestium) singula nominatim vocat, prae multitudine virium, quia fortis (est) robore, ullum non deest, id est, nihil deest; praesto adsunt omnes stellae vocanti Domino: qui eas & magna cum multitudine & distincto ordine educit. id quod exercitus nomine significatur.

27

Quare dicens ô Iacob & loquereris ô Israel
.i. neglecta & ignota .i. status & conditio .i. causa
absondita est via mea a Deo & à Deo meo iudicium meum transiuit.

Praecedentem doctrinam accommodat ad Israelitas, ac corrigit per interrogationem eorum diffidentiam. Antequam igitur eant in Babyloniam munit eos contra hanc tentationem, ne diffidant de potentia ac providentia & bonitate Dei, cum viderint & idololatras florere & se populum Dei affligi.

לָמָּה alias scribitur לָמָה

Populus electus & Israeliticus potius à Iacob denominatur quam vel ab Abrahamo vel ab Isaaco: nam ille habuit plures filios quam Isaacum, & eos à foedere exclusos, hic vero alterum habuit filium Esau reprobum: at Iacobi filij omnes sunt in foedus divinum recepti.

מֵיְהוָה quia non sunt propriae vocales in יְהוָה, sed à nomine אֲדֹנָי mutuatae,] ex praepositione מִן amissum suppletur in tsere. ut מֵאֲדֹנָי. alioqui esset מִיְהוָה:

28

An non nouisti? nonne audisti? Iehouah Deus ~~ut~~ æternus Creator extremitatum terræ non fatigari solet & non laßari solet, non est inuestigatio intelligentiæ seu prudentiæ eius.

Nouisti?) scilicet, ratione insculpta ipsi naturæ.
אם לא ualet hic idem quod הלא propter præcedentem inter rogationem. Audiuisti?) id est præter naturalia principia etiam diuinitus institutus es ex eius oraculis. קצה extremitas. ab...a à decidendo. in extremitate enim rerum quasi decisio quædam est quando nihil amplius apparet.
ייעף imitatur uerbum ייטב ~~respicit~~ conseruat enim primam radicalem.
Non fatigatur) quasi dicat: si Deus non statim calamitatibus tuis succurrat, nihil est quod desponderes animum & inde colligas eum uel tædio affici uel defatigari. Si causam ignoras, acquiescas ei si eam committas, nam intelligentia eius non est inuestigatio.

29
Dat (ipse) defeßo robur, & cui non sunt uires robur multi plicare solet
Cum Deus quibuscunque uult robur suppeditet & uires, nihil est cur tibi uires defeßo & robur dare non poßit, imo & uelit.

30.
Fatigabuntur enim iuuenes & delaßabuntur, & selecti iuuenes impingendo impingent.
Ostendit Deum robustis quoque suas uires adimere cum ei est usui.
יעפו hic prima radicalis littera elisa est. quæ paulo ante erat ascripta.
בחורים patach quæ hic retinetur, ostendit non esse in singulari בחור non enim בחור ut ברוך

31. innouabunt & instaurabunt attollent
At exspectantes Dominum mutabunt uirtutem, ~~proferent~~ alam tanquam aquilæ, currunt nec delaßabuntur, ambulabunt & non fatigabuntur.
Tanquam aquilæ) Id est quamquam in imum fueritis depreßi tamen si confisi fueritis in Deum altißimi supra omnes efferemini.

Silere

Silete ad me, regiones, & Gentes renouent uirtutem: accedant, tunc loquentur, pariter in iudicium accedamus.

Describit speciem quandam iudicij quod sint subiturae Gentes, ut spem Israelitis futurae redemptionis confirmet.

Ordo primi uersus minus accuratus est, hoc modo autem institui posse uidetur: Populi resumant uires, accedant simul, ad iudicium appropinquemus: silete ad me (s. audiendum) regiones, tunc ~~loquemini~~ loquentur. (s. ubi cum silentio me audierint).

2.

Quis excitauit eum (qui fuit) ab Oriente? iustitiam ipsam dicebat ad pedem suum, dedit prostrauit in conspectu eius Gentes & Regibus praedominari fecit, redegit tanquam puluerem gladio suo, tanquam stipulam ~~se~~ impulsam (s. redegit Gentes) arcu suo.

Per interrogationem cogit Gentes fateri se esse eum qui Abrahamum ex Chaldaea deduxerit, qui eum iustificarit, qui eum ~~a uarijs reg~~ uariorum regum uictorem constituit.

Haec aut eo tendunt ut ostendat Gentibus se adhuc populum suum eadem illa potentia & bonitate ex Babylonia ducere posse.

מִמִּזְרָח Describitur Abraham a loco unde fuit oriundus. Orientalis enim fuit Mesopotamia respectu Cananaeae terrae, ut patet ex Genes. 29, 1.

Ad pedem suum) Describitur a studio propagandi doctrina Dei quocunque accurrit uenerit. Patet n. ex Genes. eum plurimis in locis altare aedificasse, & inuocasse .i. praedicasse nomen Dei. הו aut affixum in יִקְרָאֵהוּ est coniungendum sensu cum צֶדֶק: ipsam iustitiam. Ad pedem suum) Talis locutio est: Benedixit tibi Dominus ad pedem meum .i. ad ingressum meum.

Dedit in conspectu) A uictoria quam concessit Abrahamo Deus. Genes. 14

יַרְדְּ futur. hiph. a רָדָה. est aut hic aphaeresis litterae ה, regulariterque esset אַרְדֶּה: in aphaeresi aut אַרְדְּ fit quoniam 2 rad. est. ex litteris בגד כפת habet sub utroque

sclaua quiescens.

3

Conspectus est eis, peruasit in pace, uia (per quã) pe=
dibus suis non solitus est ire.

Auget miraculum quòd carui Abrahamus in regione sibi
ignota obtinuerit. שָׁלוֹם pro בְּשָׁלוֹם id est in
pace. Sunt tamen interpretes qui accipiunt pro eo q̃
pacifice degit & tranquillus est. similiterq̃ intelligunt illud
Genes. 43, 27. הֲשָׁלוֹם אֲבִיכֶם tranquillusne est pater ur?

4.

Quis operatus est, & fecit? (s. hoc) Is qui uocat generati=
ones à principio: ego Iehouah primus, & cum nouissimis
idem sum.

Vocare hic accipitur pro, facere ut existant, quemadm &
apud Paulũ Rom. 4

5.

Viderunt regiones & timuerunt; extrema terra expaue
runt; accesserunt & uenerunt (id est, probe cognouerunt.

Incusat Gentes idololatriæ & pertinaciæ in eadem, quòd
cum uiderint apertissime Deum tam illustria ac miraculosa opera
operari, non sint conuersæ.

6.

Alter alterum
Vir proximũ suũ adiuuare solet, & fratri suo dicere
solet, sis fortis.

Hoc uersiculo aperte pertinaciam Gentiũ accusat, quod
se mutuo adhuc ad constantiã in superstitionib. exstimulet.

7

(hortatur)

Et corroborauit faber conflatorem, complanãs malleo ad
percussionem incudis (aliũ) dicens de firmamine, bonũ est:
firmauitq̃ ipsũ (s. idolum) clauis, ne moueretur.

בְּפַטִּישׁ pro פַּטִּישׁ . חלק æqualitatẽ superficiei in genere
significat. & מחליק æquum faciens, complanans.

לְהוֹלֵם . pro את הולם Ita Leuit. 16, 15 capitur אֶת
pro seruili littera ל. Deuter. 26, 6.

הולם

הוֹלֵם est nomen non participium ut quidam contenderunt. nam praeterquam quod accentu in priori syllaba habet, habet etiam :: in secunda syllaba. participium aut ~~ben~~ beroni vel semper accentum in fine habet & nunquam ::

לַדֶּבֶק pro praepositione עַל, ut. ita, Gen. 20, 13.

מַסְמֵר clavus ut מַרְבֵּק

8.

Tu aut (es) Israel servus meus, Iacob quia elegi te semen Abrahami diligentis me.

Postquam ~~et~~ descripsit idololatras, iniicit Israelitis frenum ne illos imitentur. Frenum aut hoc est, quod à Deo sit electus. Ad hoc enim elegi te, inquit, ut mihi sis servus.

9

Quia apprehendi te ab extremis terrae & ab eximijs eius vocavi te, dixique tibi, servus meus tu s. es, elegi te, nec repudiavi te.

Potest referri versiculus iste ad beneficium gratuitae electionis, & tunc legi commode potest, apprehendi te prae extremis terrae, & prae eximijs eius. Alioqui commemoratione auxilij illis à Deo lati in necessitate prioru temporum, confirmat illos ~~in~~ ad expectandum praesidium Dei in necessitate futuri temporis. Apprehendit aut Abrahamum Deus ab extremis terrae, & eximijs eius, cum eum in Aegypto Pharaoni eripuit, in Palaestina Abimelecho, & postea quinque illis regibus cu quib. praeliatus est.

10.

Ne timeas, quoniam tecum sum, ne consissus reddaris, seu animo despondeas, quoniam ego Deus tuus corroboravi te, etiam iuvi te, etiam sustentavi te dextra iusta mea. Iustitia hic accipitur pro fide in implendis promissis.

תִּשְׁתָּע futur. hithpael inflexu per apocopen ultima littera radic. ה est enim radix שָׁעָה

Ego Deus tuus) Revocat illos ad foedus secum percussu[m].
Corroboravi te) Refrigit illis in memoriam praeteritis temporibus latum a Deo auxiliu[m], ut ne de futuro desperent.

11.

Ecce pudefient & ignominiose afficientur omnes qui irascuntur contra te, redigentur tanqua[m] nihil, & peribunt viri litis tuae. i. adversarij tui qui tibi litem intendunt.

יֵבֹשׁוּ radix quidem usitata est בוש sed facta est litterarum transpositio. radical. enim 2 minimum ו in י mutatur, & primo loco collocatur. יבש hinc futurum אֵבוֹשׁ aliogui a בוש formatur fut. אֵבוֹשׁ

12

Quaeres eos & nequaquam reperies eos, viri contentionis tuae erunt tanquam nihil, & tanquam nihil viri oppugnatores tui.

A radice נָצָה contendit venit מַצּוּת contentio

מִלְחָמָה & מִלְחֶמֶת hinc מִלְחַמְתֶּךָ cum dagesch in ת

13

Nam ego Dominus Deus tuus, sustinens dextra[m] tua[m] dicens tibi, ne timeas, ego statui iuvare te.

14

Ne timeas vermis Iacob, viri Israel: ego adiuvi te, dictum Domini & redemptoris sancti Israel.

Sensus est: ne tua conditio te deterreat, quod potius vermis sis quam homo, hominumque ~~exigu~~ exiguus numerus: sed me respice & in firmam spem auxilij te erige.

מְתִים homines tantum in usu est in plurali. venit a radice מָתָה. errant enim qui deducunt a מוּת. ~~sed~~ cum מְת habet enim perpetuo in plurali מְתִים

15.

Ecce posui te in rastrum, & tribulam novam, dominam (habentem) multa ora) triturabis montes & eminentes & colles tanquam glumam

מורג instrumentu[m] ex asseribus factum cui infixi sunt

ligni

ligni clavi ad triturandum, & etiam confringentes glebas.
Novum.) quasi dicat, integris viribus illos subiges, id est causa exitij Babyloniorū eris.

פִּיפִיּוֹת pro פִּיּוֹת geminata prima syllaba, ad augmentum numeri significationum. Ita Psal. 149, 6 eadem similis forma nominis habetur.

16.

Ventilabis eos & ventus auferet eos, ac turbo sparget eos, tu autem exultabis in Domino in sancto Israelis gloriaberis.

זָרָה ventilavit:

17

Ex interpretibus Hebraeis doctissimi referunt ea quae in hoc versiculo continentur ad omnia ea quae Israelitis beneficia in itinere sunt collata a Domino, cum penuria potus premerentur: Est aūt Synecdoche, pro gravis necessitate.

אַיִן non est, absolute. constructi autem אֵין ut בַּיִת בֵּית
נָשָׁאָה exaruit vel defecit. hoc loco ת habet dagesch impressum ob euphoniam. ponitur pro נָשְׁתָה

18.

Aperiam super edita loca flumina, & in medio vallium fontes, ponam terram desertam in stagnum aquarū, & terram torridam in scaturigines seu exitus aquarum.

Quod in genere ante dixerat iam in specie explicat.
Quamquam aūt hyperbolica est locutio, tamen ostendit Deus ea potius facturum quae cum rerum natura pugnant, quam populum suum in necessitate deserat.

שְׁפָיִים in singulari non est in usu. si in usu esset, haberet formam פְּרִי. in duali aūt numero ponitur, quia montibus ab utraque parte vallis sitis loquitur.

מַעְיָן fons, forma מַלְאָךְ

צִיָּה et a rad. צִיָּה. q̄ cū ibi conspicitur ה non est radicalis sed formatiua foeminini generis.

19

Dabo in deserto cedrum electū & myrtum ~~& pinū ponam~~ & arborem olei pinū in solitudine abietem, & sappinū, & buxum pariter.

Promittit se suis non modo potus afluentiam daturū, sed & arbores quarum umbra muniantur contra solis æstum, ac folijs contra pluuiarū iniuriam.

שִׁטָּה species electissima arboris pretiosæ. huius usus fuit in structura arcæ: ligna שִׁטִּים. a rad. שׁוּט. resoluitur enim ו in dagesch.

הֲדַס huius arboris infra quoq; mentio fit cap. 55 vers. ult. item Zachar. 1. Erat eius usus Israelitis in festo scenopegiæ.

Plin. lib. 13 mentionem facit huius arboris sapini.

20

תְּאַשּׁוּר intelligit Kimhi, salutem. quam Deus non casu aut fortuito sed sua prouidentia ac potentia Israelis euenisse ostendit.

21

Proferte causam uestram dicit Dominus, proponite firmamenta urā dicit rex Iacob.

Hactenus suam causam Deus proposuit ac defendit: nunc idololatris permittit (si possint) causa sua defensionem, Deorumq; suorum patrocinio, quos dicit ~~cultores~~ ut qui sui cultores nec beneficijs afficere, nec contemptores punire possint.

22

Proferant & indicent nobis ea quæ euentura sunt, Priora quæ nam sunt? nunciate & apponemus cor nrm & sciemus nouissima earum aut quæ uentura sunt audire facite nos.

Nihil sciunt & nihil possunt idola Gentium: non sunt igitur Dij.

Nouissimum

Nouissima eorum) ן affixū foemin. pro neutro sumitur.

23 Nunciate quae uentura sunt postremo, & cognoscemus quod Dij estis, etiam benefijs afficite, aut malis afficite, & aspiciemus & uidebimus pariter.
ite — loquens infligite

אוֹתִיּוֹת in singulari non est in usu. nomen à verb. אָתָה

שָׁעָה aspexit, respexit. quidam hic transferunt, narrauit, id est, fassus est, confessus est.

24 Ecce uos (estis) ~~ex~~ minus quam nihil, & opus uestrum minus quam nihil sibilus (uel ex nihilo): abominatio eliget uos.

Minus quam nihil) id est, ex nihilo: nihil, ut Apostolus dicit idolum nihil esse. quod refertur non ad substantiam materiae, sed ad potentiam nihilum, &c:
פּוֹעַל opus. ut תּוֹאַר , אֶפַע ut זֶרַע

Abominatio) nomen abstractum pro concreto. pro summe detestabili homine.

25 Excitaui ab Aquilone, & ueniet ab ortu solis; inuocabit nomen meū, ueniétq; ad principes tanquam ad lutum: & tanquam figulus conculcabit coenum.

Quidam totum uersiculum intelligunt de Cyro, qui liberaturus erat Israelem: alij uero partim de Cyro qui Orientalis erat Iudaeis, partim de Babylonijs qui Aquilonares. Qui intelligunt totum de Cyro, dicunt Persiam ~~esse~~ partim Orientalem partim Aquilonarem esse Iudaea: quod uerum est, teste Plinio, Ptolemaeo, Polyhistore & alijs.

Excitaui) quod nimirū ad decretum meum attinet, non autem quod ad effectum.

Inuocabit nomen meum) id est me agnoscet, ut habetur (Ezra primo.

סְגָנִים

In Biblijs non reperitur ~~סגנים~~ in singul. numero. at in Paraphrasi Chaldæa Ierosolymitana singulare reperitur hoc, סְגָן ut סֶפֶר in Daniel: 3 & 4

26. principio

Quis annunciauit a capite ut sciamus, & iam inde ab initio, ut dicamus, iustus (est!) verax neq; est qui annunciet, neq; est qui audiat facies, neq; est qui audiat sermones vestros.

Prouocat rursus fictitios deos gentilium, ut futura prænuncient, quemadmodum ipse qui verus est Deus, id facere solet.

27

Primum Sioni (dabo:) ecce, ecce ipsam; & ipsi Ierusalem lætum nuntium dabo.

Quasi dicat: primum libero captiuum. deinde reliquum fere populum à captiuitate Babylonica. Nam, ut patet ex Ezra non omnes simul Ierosolymam redierunt: sed primum pauci quidam, deinde reliqui.

28.

Quoniam contemplor, sed nullus est; & ex istis (id est inter hæc idola): nec ullus est qui consiliarius sit: & si interrogem eos, nequaquam respondebunt verbum.

ואשׁיבו repetenda est particula אין ut dicit Kimhi atq; hoc sæpissime fieri solet; ut negatiua particula uno loco ponatur in primo membro, & in sequenti membro repeti.

29

Ecce omnia ipsa vanitas sunt, nihil sunt opera eorum, ventus & inane conflatilia eorum.

נֶסֶךְ quoq; libamen significat: quod hic etiam locum habere potest. & tum pronomen הֵם ad idola refertur.

Caput 42.

Ecce servus meus, innitar illi (sustentabo illū), electus meus, oblectata est anima mea (in illo): dedi Spiritū meū super eū, iudicium gentibus proferet.

Quidam Hebraei interpretes referunt hoc vaticiniū ad Cyrū, quidam ad Iudaeos, alij ad Isaiam. Rabi autem Kimhi omnium optimè sentiens de Christo intelligit: quod dubium non est cum Matth. 12 ita exponatur. Subiungitur autem hoc vaticiniū illi quod praecessit de liberatione à captivitate Babylonica; ut res ipsa umbra sua mox subiungatur. Ceterum est argumentū a maiori quasi ad minus, hoc modo: Non debetis dubitare me vos à captivitate Babylonica liberaturū, cum multo maius quid praestiturus sim, nimirū nos liberaturus ab aeterna morte per meum servū Chrm. Servus autem Dei vocatur, quia ministeriū salutis per eū perficit. & nemo hominū servus Dei vocatur, nisi propter Christum, quatenus per hunc Deo acceptus est.

אֶתְמָךְ־בּוֹ magis significat sustentabo illum, quā innitar ei: nam hoc mō eū sperat, תָּמַךְ tunc post se habet ב. ut 2 Reg. 5, 18, verbum נִשְׁעָן construitur. Quod si hec interpretatio hic placet, ut & Davidi Kimhi; tunc sensus est, Deum omnem curā liberandi humani gnris in filiū suū congerere, qui oīa perfectè praestiturus sit. Dedi (spiritū meū) quod ad doctrinam meā attinet. Atq3 his verbis modus exprimitur quo eū sustentaturus sit pater. Iudicium) id est normam recte vivendi.

2

Non clamabit, nec attollet (vocē suam) neq3 exaudiri faciet foris vocem suam.

Declaratur, fore ut Christus non imperiosè agat, sed ut moveat conscientias, & efficiat ut volentes obtemperent Deo.

בַּחוּץ קוֹלוֹ ideo habet hec vox accentū distinguentem ut noletur sequens קולו & non solū ad proximū nomen per-

timere, sed & ad avertendus verbum אִשָּׂא?

3

Arundinem fractam non conteret, & linum fere exstinctum non exstinguet prorsus: ad veritatem proferet iudicium.

Significat Christum cum nullo homine summo iure acturum, nec fore προσωποληπτην, ut hunc contemnat quod sit humili conditione, illum quia potens sit, amet.

Ad veritatem) habiturus est, inquit, rationem veritatis, non personarum.

כֵּהָה. ה ־ hic conspicitur formativa est. ה vero radicalis elisa est. est enim rad. כהה. form. פאה אֶמֶת pro אֲמֶנֶת ut זֶרֶת. quod apparet ex affixis אֲמִתּוֹ

4.

Non exstinguetur, neque confringetur donec stabiliverit in terra iudicium & doctrinam eius regiones exspectabunt.

Nec ulli inquit intercessioni, neque deflectet in dissolutam indulgentiam, ut veritatem suae lenitati prodat.

תּוֹרָה hic non simpliciter legem Mosis, sed totam doctrinam coelestem significat.

5.

Sic dixit potens ille Iehouah, creator coelorum, & extendens eos, & expandens terram & quae proveniunt ex ea, dans halitum populo super eam, & spiritum versantib. in ea

Ad confirmandam superioris vaticinii fidem, subiungit amplam commemorationem summae potentiae Dei.

נוֹטֵיהֶם in plural. tribuitur uni Deo, quod non vacuum est, ut innuatur multiplex Dei potentia, aut pluralitas personarum. Similiter Iob 35, 10 אֱלוֹהַּ עֹשָׂי & Psalm. 149, 2. : יִשְׂמַח יִשְׂרָאֵל בְּעֹשָׂיו

6.

Ego Iehouah vocavi te in iustitia, ideo apprehendam manum tuam, custodiamque te & reddam te in foederis auctorem populi, in lucem gentium.

Deum

Deum inducit ipsum Christum alloquentem, & fortiorem successum praestantem eius ministerio: quasi dicat: quia ego te legitime ad hoc munus vocaui, non impedietur tuũ ministerium ullis Diaboli aut malorũ hominum machinis.

נצר custodiuit. hîc נ suppletur, per dagesch in צ.

7.

Ad aperiendũ oculos caecos, ad educendum e carcere vinctum, è domo carceris sedentes in tenebris.

Docet hoc versiculo finem ad quem missus est, Christus, & quid nos extra Christum simus, nempe caeci in Dei ac veri cognitione, & mancipia à Diabolo vincta. Sic Apostolus: vos qui olim eratis in regno tenebrarum transtulit in mirabilem lucem suam.

פקח idem quod פתח: quanquam prius illud sit amplioris significationis. est enim, velut ac late aperire.

כלא ס-, prohibuit hinc כלא carcer dicitur quod prohibeat ne vinctus quo velit possit exspatiari.

8.

Ego (sum) Iehoua, hoc nomen meũ, & gloriam meã alteri non dabo, nec laudem meam ipsis sculptilibus.

Quasi sigillum addit promißioni de mittendo Christo. quasi dicat: parum verax deprehenderer si promißis meis non starem: at nunquam committam ut vel mendax vel debilis videar, ~~qui~~ nec poßim nec velim quod promisi praestare.

9

Priora ipsa ecce venerunt, & noua ego annuntio antequam ~~exaudiantur~~ oriantur audire faciam vos.

Ex complemento vaticiniorum priorũ, fidem quoque in posterum sibi habendam eße ostendit.

תצמחנה progerminent, pullulent. Ostendit hoc verbo se ex nullis alijs causis secundis hoc colligere quod praedicit: sed ea praenuntiare quae nullum adhuc sui indicium ostendant. Alioqui prudentes nonnunquam homines initium rei videntes de fine solent iudicare, ita ut non aberrent.

10.
Cantate Dno canticum novum, laudem eius (cantate): ab extremo terrae, qui descenditis in mare, & quod implet mare, insulae, id est habitatores earum.

Hortatur omnes mortales, in quam gratiam Christus est missus ad gratulationem. Sicut autem res quas praedixit nova ac inaudita est: sic canticum quoque novum, insigne & insolitum esse debere significat. שירו per aphaeresin pro השירו imperat. hiphil. Qui implet mare) id est nos omnes insulares; sicut ipse Propheta expressim statim adijcit.

11
Tollant (canticum) desertum & urbes eius, villae (loca in quib.) habitant Arabes, iubilent habitatores rupis, a vertice montium clament.

Persequitur cantum gratulationum hominum quam priori versiculo inceperat: satisque declarat nullum sibi hominum genus exclusum velle ab hoc gratulatorio cantico. Desertum) metonymicos pro inhabitatoribus deserti, pastoribus nimirum & alijs sparsim in agris habitantibus. Intelligitur autem nomen deserti non pro prorsus vacuo & inculto loco, sed pro planitie ampla in qua rariores sunt civitates. ‡

‡ חֲצֵרִים qui accentum distinguentem habet, est per se legendum, neque קֵדָר ad illud referendi sunt: nam illi populi non in villis nec urbibus, sed sub tentorijs habitare solebant.

קדר unus ex filijs Cethurae postremae uxoris Abrahami unde vocantur Arabes, et interdum omnes Ismaelitae.

קדר

קדר vocantur. Arabes autem isti non in villis aut civitatibus sed in tentoriis habitare solent.

.i. tribuent 12
Ponant Domino gloriam, & laudem eius in insulis omnibus annuntient.

Finem cantici declarant: ut Deo tribuatur debita gloria, & invitentur alii ad huius beneficii participationem. 13

Iehovah tanquam fortiss. egredietur, tanquam vir bellorum, excitabit zelum, vociferabitur, etiam clamabit, adversus inimicos suos se roborabit.

Cum ostendit qualis sit futurus Christi adventus vindictae; nimirum terribilem ac praevalentem suis hostibus fore eum declarat. Venit .n. Christus in ruinam ac resurrectionem multorum.

Vir bellorum) id est multis bellis exercitatus. Quemadmodum ante Christum mitem, lenem, minimeque clamosum ac imperiosum fore erga in suos fideles docuit: ita hic contra se fortissime reprobis oppositurum, insultaturum ac victoriam de illis reportaturum dicit. Notandum autem est quod hic nomen יהוה dei proprium, Christo tribuatur: quo eius notatur divinitas.

Silui .i. longo tempore 14
~~Tacui~~ a seculo, tacui, continui me, tanquam parturiens clamabo, desolabo & ~~[illegible]~~ deglutiam simul.

Verba sunt Dei seipsum quasi corrigentis quod tandiu distulerit restitutionem Ecclesiam.

אחריש etsi futurum sit, ut tamen praecedentis verbi praeteritum tempus significat.

Dictum suum aeternum de servanda Ecclesia & abolendis hostibus confert fortem qui est in utero matris: tempus autem edendi dicit, cum tempore partus.

אַשֵׁם ut אָסַב, à rad. geminat: שמם. Hisce aūt sequentibus verbis partes illa, id est, decreti divini exhibitio notatur. coniuncta sunt aūt haec duo desolatio impiorū, & Ecclesias.

15

Destruam montes & colles, & omnem herbam eorū exsiccabo; ponamq; flumina in insulas, & stagna exsiccabo.

Destructionem regni Satanae describit sumpta similitudine à rebus terrenis. עֵשֶׂב herba ut חֵלֶק retinetur segol in affixis quia prima guttural. est.

16

Deducam aūt caecos per viā (quā) non noverant, per semitas (quas) non noverant deducam eos: ponam tenebrosum coram eis in lucem, & tortuosa in plana, has ipsas res faciam, & non intermittam eas.

Nunc de restitutione regni Dei agit. Auferam inquit omnia illa quae ibi erat salutem non modo difficile sed & impossibile hominibus reddebant. Tria autem impedimenta quae potissimū solent viatori obstare se sublaturū dicit, ignorationem viae, tenebrositatem, anfractus tortuosos.

(ע) מַעֲקָשׁ ut מַחְשָׁכִּם & paulo ante מַחְשָׁךְ

17.

Aversi sunt (.i. avertentur) retrorsu, suffundentur rubore qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili: Vos estis dij nostri.

סוג avertit. in pass. נָסוֹג. בּוֹשֶׁת form. נוֹפֶת

מַסֵּכָה à rad. נָסַךְ fudit, conflavit. form. נַגָּפָה

18.

O surdi audite, & o caeci respicite ut videatis.

הַ hic est littera vocationis id quod imperat. sequens cum חֵרֵשׁ ēēt ut עִוֵּר & forma עֵלֵק sed iam dagessatu, cuius non est capax ר, & chirick in .. mutantur.

Caeci

19.

Quis caecus nisi servus meus, & (quis) surdus ut legatus meus (quem) mittam: solitus sum, quis caecus ut is qui perfectus (esse debuit)? & quis caecus ut servus Iehovae?

Praeoccupatio. quod non immerito Israelitas vocarit caecos, etiamsi iactant se servos Domini & perfectos esse. Legatum suum vocat quemlibet prophetam & etiam sacerdotem. sicuti enim vocantur ~~Num. 20~~ Aggai 1, 13. Mal: 2, 7.

20

Videndo multa, cum non observas: aperiendo aures quibus non audias. Pendet iste versiculus à praecedente. Pergit enim in expostulatione cum populo suo, quod cum multa videat, non perpendat ea quae videt: sonumque quidem verborum Dei auribus percipiat, sed iis non obtemperet.

21

Dominus voluntarius est propter iustitiam suam (ut) magnificet legem & roboret.

Declarat hoc versiculo per Dominum non stare cur non videant ac audiant ~~sed~~ quae sit eius voluntas, sed illorum rebellionem in causa esse.

יַאְדִּיר ut יַפְקִיד. rarum autem hoc est quod & simplex scheva, & non compositum punctum habeat.

22 vel, fuit

Quocirca ipse populus (erit) direptus & proculcatus, laqueis comprehensus in foraminibus unusquisque, & in domibus carcerum occultati sunt; fuerunt (expositi) in praedam nec fuit eripiens, conculcationi (fuerunt expositi), nec fuit qui diceret, restitue.

Ostendit ideo male hoc eis obvenisse illis quod sponte fuerint caeci ac surdi.

הָפֵחַ ordinis hiphil. infinit. a rad. פוח. infinitivus autem hic accipitur hoc loco pro participio paul.

Num. 20. Agg. 1 Mal 2

הָחְבָּאוּ praeterit. hophal. à radice חָבָא
מְשִׁסָּה a rad. שָׁסַס conculcauit; item quia שָׁסָה
הָשַׁב pro הָשֵׁב imperat. hiph. à rad. שׁוּב.
mutatur autem .. in — quia haec uocalis illa est latioris pronunciationis, quamuis sit breuis.

23.
Quis in uobis qui auscult. percipiat haec, aduertat & audiat in posterum?

Potest esse haec oratio & obiurgatoria quod non obseruentur uiua ac castigationes: uel optatiua, ut obseruentur: atque ita emendetur populus.

24.
Quis tradidit in conculcationem Iaacobum, & Israelem direptoribus; nonne Dominus? hic (est cui) peccauimus, & non uoluerunt in uijs eius ambulare, neque audierunt Legem eius.

Ne fortuito casui ascribantur mala poenae, auctorem eorum proponit, rationemque cur ea immiserit ostendit.

Particulam זו Rabi Ionah accipit pro אֲשֶׁר hoc loco. Kimhi autem negat, asseritque semper significare hic pronomen. quorum si sequimur, subintelligitur אֲשֶׁר

25.
Quapropter effudit (Deus) super eum furorem (in) ira sua, & robur belli, & inflammauit eum ipsum per circuitum & tamen non agnouit; & exarsit (illud bellum) in ipsum, nec tamen cordi habuit

חֵמָה forma שֵׁנָה à rad. יָחַם. Quidam existimant חמה esse positum pro חמת statu constructiuo, ac tunc interpretandum est: furorem ira sua.

Caput XLIII.

Et nunc ita ait Dominus creator tuus ô Iaacob, & formator tuus o Israel: ne timeas, nam redemi te, uocaui (te) nomine tuo, meus es tu.

Alloquitur

Alloquitur illos, qui natura quidem erant surdi & caeci, sed tamen à Deo ad salutem destinati, ut & audirent & viderent: Illa autem quae paulo ante de poenis sunt dicta, per digressionem quandam sunt interiecta, in hypocritas.
Creator tuus) loquitur non de prima & communi illa, sed de altera & peculiari illa creatione electorum: quam regenerationem vocamus.

בְּרַאֲךָ Hic sub ר mutatur non in : ~~sed~~ ut solet, sed in —, ne duo schevaim concurrant. Patach autem subijcitur potius quam : ut in sequenti יֹצֶרְךָ, quia & sub se compositum habet schva cum patach.
Nomine tuo) id est, [nove] peculiari, quod cum nullis alijs nisi cum electis communicatur, ut meus vocetis.

2.

Cum transieris per aquas, tecum ego (sum): & per flumina, non obruent te; cum incesseris per ignem, non ureris, & flamma non exuret te.

Ostendit Deus qua ratione electos vocet suos, nimirum quod eos singulari semper favore prosequatur. Per aquam & ignem omnes afflictiones atque adversitates intelliguntur, ut et Psal. 66, 12. בָּאנוּ בָאֵשׁ וּבַמַּיִם
Per flumina), quasi dicat, per afflictiones maximo cum impetu inundantes.
Obruent te) hoc habent privilegij electi prae reprobis; alioqui pluribus interdum quam impij afflictionibus premuntur.
בָּךְ ~~littera~~ particula est in[...] expletiva, eo servivit ut ב servilis littera separatim legatur. quae sola legi non potest. Hebraei enim una littera constantem dictionem nullam habent.
לֶהָבָה forma נֶחָמָה

3

Quum ego Iehovah Deus tuus, sanctus Israelis, servator tuus: (qui) tradidi pretium redemptionis tuae Aegyptum, Aethiopiam & Seba, pro te.

A praeterito beneficio confirmat fiduciam Israelitarum de beneficio futuro. Respicit nunc ad historiam quae supra recitata est cap. 37, 9: ubi cum Sanherib plerasque urbes Iudaeae vastasset, & Solymis imminerent, movit Deus Aegyptios, Aethiopes & Sabaeos ut invaderent Assyriam, & cogeretur ita obsidionem Ierosolymarum intermittere. Hac ratione hic dicit se pretium redemptionis pro Israelitis dedisse Aegyptios, Aethiopes ac Sabaeos. Sabam autores scribunt metropolim fuisse Arabiae conditam à Saba, cuius genealogia recensetur Gen. 10, 7.

4.

Eò quòd pretiosus fuisti in oculis meis, honoratus fuisti, & ego dilexi te, quapropter dabo (quemvis) hominem loco tui, & gentes vice animae tuae.

Dicit horum beneficiorum causam solam esse gratuitam suam benevolentiam. Potius, inquit, pereat universus mundus quam electi mei. Exemplum in diluvio habemus.
נפש hic, ut saepe aliàs, pro toto homine ponitur.

5.

Ne timeas quia tecum ego sum, ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente colligam te.

Loquitur de forma Ecclesiae sui temporis, quo omnes professores Legem veri Dei in terram Canaan colligi debebant, & uno in templo Deum celebrare eique sacrificium facere. ~~illud ad~~ Ista promissio etiam ad nostram hoc tempore Ecclesiam pertinet, certa ratione: impletur enim cum Deus eos qui procul erant a Christo, prope facit.

6.

Dicam Aquiloni, redde; & Austro, ne prohibeas: venire filios meos, è longinquo & filias meas ab extremo terrae:

E longinquo) non tam hoc de locorum intervallo est dictum, quam de crassa Dei ignoratione in ijs qui vel ~~[illegible]~~ proxime terram Canaan habitabant: Falluntur igitur Iudaei, qui hodieque istius promissionis complementum expectant, sed

carnale

carnale, ut minimū omnes ubiq terrarum dispersi
in suum locum recolligantur, & in regnum meū diuinū
restituantur.

7.

Omnem qui uocatus est de nomine meo, quemq de
ad gloriam meam ~~feci~~ creaui, quem formaui, quem etiam feci.
Pendet hic uersiculus à proximè praecedenti: ostendit enim
quos intelligat praecedentis uersiculus per filios & filias:
scilicet, non eos qui se ipsi uocant Dei filios & filias, sed qui
ab ipso Deo ita nominantur, ab eo reformati.

8.

Educito populum caecum, cùm oculis sint (pditi?), & surdos
quibus (tamen) sunt aures.

Declarat quales illi sint quos uocat, nimirū communi
omnium hominū conditione nati, caeci &si oculos ~~aures~~ habeant,
& surdi, etsi aures.

הוֹצִיא usurpatur infinit. pro imperat. uel chirek pro
.. ponitur. Alloquitur autem plagas mundi, siue unamquamq
ex ijs, masculino genere, quia dignius est & sub se complectitur foemininū
שֵׁ.. sicut nomen substantiuū cum suis temporibus tam singu-
laris quàm pluralis numeri. vid. יָשָׁה.

9.

(Si) Omnes Gentes congregentur pariter, & colligantur populi:
quis inter eos annunciaret istud, aut quinam priora significarent?
.i. si mel- nobis producerent testes suos, ut iusti essent: & audirent,
lum habeāt & dicerent: uerum est, .i. confirment quod negare non poterunt
loquendi ar-
gumentū. Iterum insultat omnibus idolis, prouocans ea ut suam
causam per cultores suos agant.

In principio huius uersiculi subaudienda est particula אִם.
מִי tam de plural. numero rogat quàm de singulari.
paulo enim post reperitur cum יַשְׁמִיעֻנוּ.

10.

Vos (estis) testes mei dicit Dñi, & seruus meus quē
elegi, ut sciatis, & credatis mihi, & intelligatis, quo-
quod ego ipse sum: ante me non formatus fuit quisquam (à)
Deo, & post me non erit.

communicat Deus sermonem ad suum populū, ac Prophetis.
Servus meus) hoc Ionathan paraphrastes ad Chrūm refert, in quo omnes prophetiæ clauduntur, & obsignantur.
נוצר participium degenerat in nomen. nominū enim more construitur.
Ante me) .i. antequam ego quicquam formarem.
Indicat aūt se solum esse omnium rerum creatorem ac formatorem.

11.

Ego ego Iehouah & non est præter me servator.
Iam quasi triumphans de suis hostibus ingeminat pronomen ego.
מבלעדי nihil aliud significat hæc vox cum præpositione מן quam absque sine illa.

12.

Ego prænunciavi, & servavi & notū feci nec est in vobis alienū (ab illis q̄ prænunciavi) vosq; testes mei (estis): dictū Domini, ego itaq; (sum) Deus.
Ἀνακεφαλαίωσις suprà dictorum.
Et servavi) Referunt interpretes Hebræi ad liberationem ex Ægypto quam Deus longe ante Abrahæ prænuntiaverat.

13.

Etiam à die (antequā dies esset) [.i. ante oīa tempora] ego ipse sū, ~~&~~ ergo non est è manu mea eripiens: operabor, & quis impediet illud?
A sua æternitate ad omnipotentiam argumentatur.

14.

Sic dixit Dominus redemptor vester, sanctus Israel: Propter vos statim mittam Babylonem, & detraham vectes omnes, & Caldæos navibus ovationis suæ.
Prædicit liberationem a captivitate Babylonica, quæ typus fuit

fuit redemptionis Exilia.
Statim mittere) nimirum regem Persarum & Medorum.
Vectes) pro quauis munitione.
Genes. 22, 22: כֶּשֶׂד fit mentio, à quo כַּשְׂדִּים nomi
nati sunt.
15.
Ego sum Iehouah, sanctus uester, creator Israel,
rex uester.
16. i. fecit mare peruium
Ita ait Dominus, qui ponit in mari uiam, & in
aquis uehementibus semitam.
Rursus ad fidem faciendam promissioni, adducit exempla
praeteritorum beneficiorum. nimirum diuisionis maris rubri &
fluminis Iordanis. Sunt qui idem bis repeti existiment.
Vehementibus.) nam Iosue 3 habetur magnam tum fuisse
Iordanis exundationem, suisque alueis non potuisse contineri.
17.
Qui eduxit currum & equum, exercitus & robur; pariter
iacuerunt, ut non resurgant. exstincti sunt, tanquam linum
exstincti sunt.
Interpretum alii putant hic diuersum à priore historiam
recenseri, nimirum de Assyriorum rege in Iudaeam euorato
& oppresso. alii de Aegyptiis prostratis intelligunt.
עִזּוּז robur form. שִׁקּוּל. כָּבָה exstinctus est.
18.
Ne recordamini priorum, & praeterita ne consideretis.
Respectu futuri beneficii quod iam promittit, ait prae=
terita beneficia uix esse recordatione digna.
קַדְמוֹן denominatiuum, adiuncta littera ן, ad nomen
קֶדֶם form. אַדְמוֹן. Sic Terem. 23, 7. dicit Deus
propter nouum beneficium non amplius in memoria uestra
esse debere: non quod perpetuo uos omnium beneficiorum memi
nisse nolit, sed quia per comparationem loquatur.

Ecce ego facio rem novam, iam iam germinabit: an non noscetis eam? etiam ponam in deserto viam, in solitudine flumina.

Redit ad promissionem, quod invia loca pervia sit redditurus, ut Israelitae in patriam redeant.

תֵּדָעוּהָ sub ת habet formam תֵּשֵׁב, sub ד formam יֵשֵׁב.

20.

Honore afficiet me bestia agri, dracones & pulli struthionis, cum dedero in deserto aquas, flumina in solitudine, ad potum dandum populo meo electo meo.

Tam illustre, inquit, erit meum beneficium, ut ipsae irrationales bestiae suo sensu sint illud percepturae. quanto igitur magis homines? Alij bestias ad Deum culturas dicit atque, quod populum Dei illaesum transire sint permissurae.

תַּנִּים videtur nomen plural. interim sing. est, ם enim pro ן est posita. est igitur forma צַדִּיק יַעֲנָה struthio form. אַרְוָה

21.

Populum hunc formavi mihi, (ut) laudem meam narrent.

תְּהִלָּה form. תְּפִלָּה

22.

Non autem me invocasti ô Iacob, sed laborasti in me Israel.

Ostendit eos non suis meritis hoc, quicquid est, beneficij accepturos, sed ex mera gratia Dei.

Invocasti) id est, me non coluisti. praecipua enim pars cultus divini pro toto cultu ponitur.

23.

Non attulisti mihi tu pecudem holocaustorum tuorum & sacrificijs tuis non honorasti me, non servire te feci oblatione, nec fatigavi te thure.

Reijcit cultum fide destitutum, ut passim in Scripturis. negat illos sibi holocausta obtulisse, non quod non

non

sat prouide

non obtulerit, sed quod non fuerint ullæ soluens rā.
שׂה · proprie positum fuisset שׂיה form. שׂדה
iam sublata ה remanet :: sub שׂ. hic .. est,
propter constructionem.

argento 23

Non emisti mihi cinamomum, & adipe uictimarum tu-
arum non inebriasti me, potius seruire fecisti me (id est
molestus mihi fuisti dum coegisti me ut te punirem) propter
peccata tua, laborare fecisti me propter prauitates tuas.

קנה genus aromatis laudatis cinnamomum e longin-
qua regione, & cinnamomum uocatur a summi nomi-
nis Hebræis interpretibus. ut e longinquo allatum
fuisse patet ex Ieremia. 6, 20. Synecdoche autem
hoc est pro quouis oleo & aromate quod Iudæis ex
Lege faciendum erat. Exod. 30

Ego ego sum qui deleo 23 rebelliones tuas propter me, &
peccatorum tuorum non recordabor.

Postquam reiecit omnia Israelitarum merita ad con-
sequendam spiritualem regenerationem & peccatorum
remissionem: dicit suam solius benignitatem cau-
sam esse tanti boni. Repetitio enim illa pronominis
ego excludit omnes alios. Non recordabor) est
ἀνθρωποπάθεια. in Deum enim nulla obliuio cadit:
sed sicut peccata Israelis apud se 24 in rationem non uentura.

Reuoca mihi in memoriam, iudicio contendamus pariter;
narra, ut iustus sis.

Per concessionem loquitur, & induit personam rei
in iudicio. Si quid, inquit, putas tibi luculentius esse
quo possit iudicium, dic tu possis iustificationem tuam
tribuere, non detrecto iudicium.

2.5

Pater tuus primus ille peccauit, & interpretes tui rebellarunt mihi.

Docet non esse recentia Israelitarum peccata, sed inde à primo parente usque in omnes posteros manasse. per interpretes intellige prophetas, iudices, sacerdotes, magistratus, quorum erat uerbum Dni populo interpretari.

מְלִיצֶיךָ interpres. partic. hiph. à rad. ליץ .

2.6

Quapropter profanabo principes sanctos, daboque nunc Iacob & Israelem opprobriis.

Declarat sibi iustam fore affligendi illos peccatorum causam. ו igitur pro causali particula accipienda est. גדופים ut שלום

Caput 44.

Attamen nunc audi Iacob serue mi, & Israel quem elegi.

Redit ad primum argumentum de restitutione Ecclesiae, & ad intermissionem iam nonnihil de promissione diuinae doctrinae.

2.

Ita ait Dns fabricator tuus & formator tuus ab utero qui opem laturus est tibi, ne timeas serue mi Iacob & ô recte quem elegi.

ך punctum dagesch est in uentre כ tantum לְתִפְאָרֶת id est ad ornatum, non ad necessitatem.

ישרון nominatur Israeliticus populus non quod in sese rectus, id est sine peccato esset; sed partim quia rectus esse debuerat, partim quia rectitudini destinatus.

3.

Nam effundam aquas super sitientem, & flumi-

ea super aridam, effundam spiritū meum super semen tuū, & benedictionem meam super eos qui provenient ex te.

Ostendit cur non debeant fideles animum despondere, nimirū quia eos benigne iuvare decreverit. Quod aūt priore parte versiculi metaphorice proponitur, in posteriori explicatur. Verbo effundendi utrobique utitur ut notet summam beneficiorū divinorū abundantiā. Benedictio cum Deo tribuitur semper significat effectum respondentem voto, nam cum Deus bonū alicui precatur, semper etiam illud quod precatur sequitur: secus apud homines habet, qui cum benedicunt nil nisi bene precari intelliguntur.

4.

Et germinabunt tanquā inter gramen, ut salices iuxta rivos aquarū.

Effectum effusi Spiritus & benedictionis declarat.

עֲרָבִים insitione in singul: potest aūt esse vel עָרָב vel עֲרָב

5.

Hic dicet, Domini ego (sum): & hic vocabit in nomine Iacob, iste aūt assscribet manu sua, Domini (sum): & nomē Israel appellabit se ipse.

Gloriabuntur inquit similiter quidem iactantia se esse filios Dei.

6

Sic dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituū: ego sum primus & ego novissimus & praeter me non est Deus.

Quis aūt (est) 7 ut ego? (qui) ~~vocet~~ vocet & enunciet illud, ordinetq; illud mihi, ex quo posui

mihi populum seculi (i. ex quo coeperunt homines) & imminentia & quae ventura sunt annuntient sibi (i. in sui defensionem)
Ut confirmet suos, rursus instituit comparationem inter se & falsos Deos. Venerit) id est producere in effectum.

8.

Ne paveatis & ne timeatis. nonne ab initio audire feci te? & annuntiavi, vosque testes mei (estis?) numquid est Deus praeter me? et non est fortis, quem non noverim (i. quem non instruxerim fortitudine)
Finem iam proponit, cur omnia ista velit a Propheta praedicari populo.
תִּרְהוּ hoc tantum loco invenitur hoc verbum. vide: רָהָה
בַל ponitur pro אֲשֶׁר לֹא
Deuter. 32 similiter צוּר fortem significat non petram.
Formatores sculptilis omnes ipsi inanes (sunt): & desiderabilia eorum minime proderunt, & testes eorum ipsi (sunt) non possunt videre, neque cognoscere ut confundantur eos.
Probat vanitatem idolorum, & a formatoribus eorum & ab ipsis idolis: deinde utrosque contra se ipsos in testimonium vocat, ut maiore pudore suffundantur.
Desiderabilia eorum) i. quae maxime sunt pretiosa inter idola.
הֵמָּה refertur hoc pronomen non tantum ad idola, sed & ad ipsorum formatores. atque ideo immediate more tres in capite notas habet hoc pronomen

10

Quis formavit Deum, & sculptile conflavit, ut non prodesset? quasi dicat, insania maxima est.

Deridet insaniam idololatrarum, qui & oleum & operam in suis statuis formandis perdunt.
11. [illegible] formatoris
Ecce omnes socij eius pudefient, & fabri fiunt ex hominib.; congregentur omnes, astent: pauebunt, pude(fient) pariter.
Damnantur una cum idolorum fabricatoribus omnes illi qui eidem superstitioni cum illis implicantur; & simul ante tribunal Dei citantur.
חָרָשׁ forma פָּרָשׁ. requirit dagesch in 2 rad. sed ר non admittit. ac proinde in plural. numero ר in primum immutatum.
12.
Faber ferrarius dolabra (operatur) & operatur carbone & malleis format scilicet ipsum, & operatur ipsum brachio robusto suo, etiam esurit, ut non sit uirtus, non bibit aquam: tandem fatigatur.
Non conueniunt inter Hebraeos quid significet מַעֲצָד. alij enim dolabram significare aiunt, alij limam. sed quia hic de fabris ferrarijs agitur, limam cum modicius significabit.
פַּחָם ex nominib. requirentib. dagesch in secundo.
מַקָּבָה hic quidam exponunt terebram. nomen
נקב significat perforauit.
רָעֵב potest referri ad coniug. kal form. חָפֵץ. uel etiam nomen forma זָקֵן. atque tum subintelligendum est uer(bum)
יָעֵף. fut. י prima rad. excidit nec tamen suppletur per longam uocalem ut fit in יֵשֵׁב. est uer(bum) sub(stantiuum)?
13.
Faber lignarius extendit lineam, delineat scilicet ipsum filo infecto, aptat dolabris, & circino formauit illud, fecitque formam ut iuxta similitudinem uiri, iuxta decorem hominis, ad [illegible] manendum domi. i. in fano, in delubro.

עֵץ habet hoc peculiare quod mutet suum .. in aliam vocalem in statu constructivo plur. numer. cum alioqui nunquam mutet ... in composit. affixorū vel statu constructivo in sing. nisi. עֵצָה

קֵן form. יֵד rad. קָנָה

חוג circuivit. hinc מְחוּגָה circinus. for. מְחוּגָה

14

Caedendi ei sint cedri, assumit ilicem & pinū, corroboratq̄ se inter ligna sylvae, plantat ornū & pluvia educat.

Infinitivus מְקוֹר est, & sumitur pro omnibus modis. hoc igitur loco לִכְרֹת pro gerundivo plural. numeri.

אַלּוֹן form. בָּתוֹק . תִּרְזָה a rad. רָזָה

אֹרֶן alijs placet pinum vel cedrum interpretari; alijs vero ornum, ut Latinis eodem nomine arbor ista vocatur, quo Hebraeis.

15

Fitq̄ (lignū) homini ad ardendū, accipitq̄ ex ipsis, & calefecit se, etiam accendit (fornacem) & coxit panem, etiam fabrefecit Deum & adoravit: fecit sculptile, & ~~prostravit se~~ genua flexit illis. i. frustis lignorum iam in simulacra mutatis.

וַיָּחֹם cholem ultima syllaba in raptum est mutationem, quia accentus cui ו litera praefixa retrahitur. rad. חָמַם.

לֶחֶם hic non pro solo pane usurpatur, sed & pro alijs cibis qui igne coqui solent.

יִשְׁתַּחוּ הִשְׁתַּחֲוָה significat sese prosternere. סָגַד in genua procumbere.

הִשְׁתַּחֲוָה . quoniam ח non admittit dagesch, geminatur ת tamen rad. sed ne duo ת concurrentes pariant cacophoniam, mutatur prior ת in ו. hoc loco וַיִּשְׁתַּחוּ

וַיִּשְׁתַּחוּ est apocope dempta ultima ה littera.

16

Medium eius combussit igni, per dimidium eius carnem comedit: assavit assaturam, & saturatus est: calefecit se, & dixit: Euge, calefeci me, *sensi ignem.

In Hebr. est fut. con suetudinē denotans.

ב כ ל admittunt istam particulam expletivam מִן . חֶצְיוֹ, dimidium. for. חֲצִי

*רָאִיתִי proprie, vidi. Sed sumitur etiam pro sensi, expertus sum: Psal. 34,13: לִרְאוֹת טוֹב ad videndum bonum: i. sentiendum:

הֶאָח interiectio clamantis nonnunquam pro dolore, nonnunquam pro gaudio. ut hîc. vid. אָח

חַמּוֹתִי hoc habet peculiare, quod accentus occupet ultimam syllabam. alioqui semper penultimam occupat; סַבּוֹתִי. Duobus praeterea aliis locis accentus* subjicitur ultimae. id. 19,15: חַמּוֹתִי Ez. 32.

* sed ibi ו adhibita est quae repellit accentum

17

Reliquum autem eius in Deum facit, in idolum suum; in genua procumbit ei, & prosternit se; orat ad ipsum, dicitque: libera me quia Deus meus tu es.

18

Non noverunt neque intelligunt quia oblevit (Deus) quo minus viderent, oculos eorum; (id est) quo minus in,, telligerent, corda eorum (oblevit.).

Ostendit quae sit idololatrarum poena; nimirum caecitas, & traditio in reprobam mentem.

טָח, ordinaria forma cum ו esset, venit enim a טוּחַ. Zach. 4,10. invenitur quoque בַּז ā —. Sed ordo quiescentium commutatur nonnunquam cum ordine geminatorum, ut hic טָח formam geminati verbi assumpserit. Cuius haec est ratio: si perfecte coniu,, garetur; esset טָוַח. iam igitur ablato ו, & reiecto ו prioris syllabae, — in eius locum successit.

I 19 E. 32

Non enim revocant ad cor suum, neque scientiam, neque intelligentiam, dicendo: Partem eius combussi igne, & etiam coxi super prunas eius cibum assavi carnem & comedi, residuum autem eius in abominationem faciam, trunco arboris genua flectere soleo.

לֵב masc. & לֵבָה fem. utrumque pro eodem dicitur.

אחל ut בחב ex dagessatis.

וָאֹכַל non est hic participium sed futur. mutatur enim – futuri in .. propter accentum.

בוּל significat id quod terra profert tam ramum quam truncum arboris.

20

Depascit cinerem. cor seductum declinare fecit eum, ut non eripiat animam suam, neque dicere solet; numquid mendacium est in dextra mea?

Depascit cinerem) Proverbiale est illud, vult enim significare propheta nihil utilitatis sibi a suis idolis obvenire idololatris: non magis quam cinis hominem nutrire potest. Sic Oseae 12, 1: Israel pascit ventum &

הוּתַל pro הֻתַּל. formatum est nomen a verbo piel הִתֵּל. quod ipsum quoque a verbo compensat suum chirik & dagesch saepenumero per longam vocalem .. הֵתֵל

Cor seductum) Significat causam horum malorum non extra hominem quaerendam esse, sed in ipsis cordis penetralibus haerere.

Eripit) id est, eripere studet.

Mendacium in dextra mea) i. munio me armis quae mihi ipsi sunt exitio.

21

Recordare horum Iacob & Israel, quia servus meus

meus es tu, ~~quia~~ formaui te seruū mihi, tu non
traderis obliuioni a me. Finem
ostendit in quem ~~futurae~~ haec tam multa dixerit
de potentia Dei, & uanitate idolorum. Finis nostrae
regenerationis est, ut Deo seruiamus. תִּנָּשֵׁנִי pro
תִּנָּשֶׁה מִמֶּנִּי. Similiter apud
Ierem. 10, 20: נִי etiam ponitur pro מִמֶּנִּי in יְצָאֻנִי:
חֲזַקְתַּנִי Item. 20, 7: Item infra, 65, 5. קְדַשְׁתִּיךָ pro קָדַשְׁתִּי מִמְּךָ
fortior me fuisti Verba in actiua uoce solent tantū admittere affixa
pronomina, non in passiua: excepto infinitiuo quod
nominis uicem gerit. ut בְּהִבָּרְאָם Hoc autē
in loco habet futurū uerbi niphal affixum pronomen, quod
notandū e. vod. נשה

22.

Deleui tanquam nubem rebelliones tuas, & tanquam nebulam ~~ex~~ peccata tua: reuertere, quoniam redemi te.

In remissione peccatorum significat et redemptionem illam promissam consistere.

Tanquam nubem rebelliones) id est, rebelliones tuas quae instar nubis te maculabant, uultuique meo aspectum tibi auferebant. Sunt tamen alii qui aliter hoc intelligunt: Deum uincitū peccata suorum delere, ut uentus nubem dispellere solet.

עָב nubes à densitate dicitur: sicut עָנָן à tegendo quod nobis coelum & solem tegat nubes.

23.

Iubilate coeli, quia fecit Dominus: resonate inferiora terrae, erumpite montes iubilū, sylua & qualibet arbor in ea: quoniam redemit Deus Iacob, & in Israele glorificabitur.

Quemadmodū homo ~~simul cum~~ suo lapsu omnes creaturas quoque ... miseriis impliciuit, ita ut ingemiscant miseria humana: ita item propheta monet, ut coelum et terra laetetur ob hominis restitutionem.

עָנָן + raptū pro cholem quia accentus ad ultimā descendit.

Hec ait Dominus redemptor tuus, & formator tuus ab utero: Ego Dominus faciens omnia, extendens coelos solus ego, extendens terram per me ipso: uel מִי אִתִּי, i. quis mecum? quasi dicat, nemo.
Si uocales spectemus, sensu a me ipso: si litteras, quis est mecum?

25

Dissipans signa mendacium, & diuinos insanos efficit solus; reducens sapientes retrorsu, & scientiam illorū infatuari consumit.

Babylonios nimis deditos stellarū contemplationi increpat: ostenditq; suum consilium ab astris impediri minime posse.

קֹסֵם omnia genera diuinorū in uniuersum, complectitur, excepto prophetis. יְהוֹלֵל futurū piel. a rad. הלל

Stabiliens uerbum serui sui, & consilium legatorū eius perficiet; qui dicit de Ierusalem, habitabitur: & de ciuitatibus Iuda, edificabuntur: & uastitatis earum erigam.

Serui sui scriptum Isaias in 3 persona notat. Consiliū legatorū i. id est consiliū Dei per legatos declaratū.

חֳרָבָה desolationes pro loco desolato hic ponitur. forma חָכְמָה

27

Qui dicit ipsi profunditati, exsiccare: & flumina tua arefaciam.

Sub hac metaphorica locutione quidam Hebraei intelligunt Babylonia exitiū: alij uero de exsiccatione maris rubri & Iordanis.

חָרֵבִי pro simplici scheua ר habetur uidi Grammaticam.

28. Qui dicit de Cyro, pastor meus (futurus est), & omnem voluntatem meam perficiet: & ut dicat de Ierusalem, aedificaberis: & templo, fundaberis.

~~Ultra~~ Ante 100 annos quàm nasceretur Cyrus prae dicit quod sit futurus is populi Dei liberator, nominatim etiam eum appellans. ~~Ut~~ Simile quoque vaticinium est 1 Reg. 13, 2: ubi ~~nominatim~~ Iosiae nomen exprimitur antequam is esset natus. הֵיכָל frequentius mascul. generis esse solet.

Caput 45.

1 Ita ait Dominus de uncto suo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut sternendo ante eum gentes, & lumbos regũ dissolvam, ut aperiam ante eum valvas, & portae non claudantur.

מְשִׁיחִים non solum reges dicuntur, sed & pro phetae, & sacerdotes, & etiam alij qui minores habent praefecturas.

לְרַד) gerundiũ à rad. רָדַד

Dissolvam) id est, reddam reges debiles: cingulum quo accincti sunt illis adimam.

Ostendit ope divina adiutum Cyro facilem fore victoriã.

2. Ego ante te ibo, & obliquas (vias) aequabo, ostia aenea confringam, & vectes ferreos comminuã.

Ἐπεξήγησις eorũ quae paulo ante sunt dicta.

3 Et dabo tibi thesauros tenebrarũ (occultos) & thesauros absconditorũ (locorũ) ut agnoscas quod ego Dominus q[ui] voco (te) nomine tuo, Deus Israel.

Praedicat hoc Cyro Dominus ut ubi eumsignerit, agnoscat sibi a Deo illa quasi in manum tradita esse. Thesauros enim nullos magnificos Cyri esse conspectu, inde considerquod & Croesum prodigiosa opulentia regem cepit, & Babyloniam subiugavit ditissimi suo regnum.

אוֹצָר significat thesaurum quatenus absconditum colligitur : מַטְמוֹנִים autem quatenus absconditur.

לְמַעַן significat hic causam non cur Deus sit daturus thesauros illos Cyro : sed cur illi tanto tempore praedicat:

בְשִׁמְךָ hoc est, qui te expresso nomine hic nomini antequam eras natus. Alii intelligunt hoc de munere ipsi Cyro imposito 4

Propter servum meum Iacob, & Israel electum meum, ideo vocavi te nomine tuo, cognominavi te cum non cognosceres me.

Iam affert causam Deus praestandi boni.

Ego Dominus & non est ultra, praeter me non est. 5.

Deus, accingam te cum nondum cognovisti me, .i. statui hoc de te fieri cum tu ipse nondum sis factus.

Dicit Deus hoc & solum nec ullum praeterea istius rei quam praedixit esse auctorem.

אזר accinxit. ministerium illi quod ante dixerat se soluturum lumbos regum. 6.

Ut cognoscant ab oriente solis & ab occasu eius, quod nihil (sit) praeter me, ego sum Iehovah & non est ultra.

7

Formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum (.i. id quod paci opponitur) ego sum Iehovah

שָׁלוֹם significat hic prosperitatem, res secundas : contrarium

contraria 92 8

Stillate ag coeli e supernis & coeli fluere fac[iant] ant iustitiam aperiat se terra, & fructificent salute; & iustitiam proferat (terra) pariter: Ego Dominus creavi eum (Cyrum) i. eum donavi ea iustitia. Quasi d. coelis & terra, a quib. nil nisi mina [?] veniunt vobis, impero ut promissiones omnes meas impleant. Nam iustitia hic signi[ficat] complementum promissionum Dei. Sic David Ps. 72 & 85

רעף quater in coniugatione prima reperitur in Biblijs & hoc tantum Isaiae loco in hiphil.

שחק signi[ficat] coelum forma נער

Vae litiganti cum formatore suo; testa cum testis terrae; nunquid dicet lutum formatori suo, quid facis? aut opus tuo, non fuerunt manus (s. adhibitae?)

Reprimit hominis arrogantiam litigantis cum Deo. Hebraei quidam trahunt hoc dict de Baltasare ultimo rege Babylonico: qui contempsisse Deum legitur Dani. 5 & cum Deo expostulasse. Sunt qui referunt ad Israelitas expostulantes cum Deo quod tam diu differat salutem promissam.

Testa cum testis) q. d. si contendendum sit, contendat homo cum homine sibi simili - nam quae est aequalitas Dei cum homine?

לפעלך לו pro לפעלך

Vae dicenti patri quid gignis; & mulieri (matri) quid parturis?

Idem quod in praecedenti versu diversa loquendi forma dicit 11.

Sic ait Iehovah sanctus Israelis, & formator eius: ventura perscrutamini a me, de filijs meis; & de opere manuum mearum praecipite mihi.

Est concessio quaedam cum obiurgatione coniuncta:
quasi dicat parum conuenit ut talia à me quaeratis,
tanquam mihi praescribere uelitis.
(Opere manuum) Non loquitur in uniuersum de omni
opere suo: sed de electis suis quos peculiariter fecit.
12 Ego feci terram, & hominem super eam creaui;
ego (sum) cuius manus extenderunt coelos, & omnibus
exercitibus eorum mandaui .i. mandato creaui.
Quasi dicat:
Ego qui omnia à me condita sum & conseruo: quo
solum curam agam populi & loci à me peculia-
riter ~~neglecti~~ electi? In illo uersiculo de cura
generali loquitur: in sequenti, de praecipua.
13 Ego excitaui eum (Cyrum) propter iustitiam, &
omnes uias eius dirigam: ipse extruet ciuita-
tem meam & exilium meum dimittet, non pretio
nec munere, ait Iehouah exercituum.

Sensus est. Cum ego solus huius beneficij liberationis populi mei
per Cyrum sim auctor, illam uolo fieri non compensa-
tione ac modo nimium dato λύτρῳ ac redem-
ptionis pretio, sed gratis.
(Propter iustitiam) .i. ut appareat ueritas mea
in seruandis promissis.
Excitaui.) dirigam) cum in praeterito loquitur
ad suum decretum respicit: cum in futuro, ipsius
rei euentum.
Aedificabit) .i. suppeditabit sumptus aedificantibus,
permisit [sive] aedificare: ~~fecit~~ [faciet] ut ne iniiciatur mora
aedificantibus. Etsi aut aedificium intermissum est
18 annis: tamen ui ~~decreti~~ diplomatis Cyri resumptum postea
opus in manus est, permissu Darij. Ezra 6.

Exsilium

Exsilium) i. exsules ipsi. ut saepe in Scripturis.
14.
Sic ait Dominus: Labor Aegypti & negotiatio Aethiopiae & Sabaeorum virorum procerorum ad te transibunt, & tui erunt, post te venient, in compedibus transibunt, & tibi se prosternent, te precabuntur; tantum in te Deus (est), & non est ultra Deus praeter Deum.

Sumptus illi qui a Cyro impensi sunt structurae urbis, templi: & etiam sacrificijs quotidianis, fuerunt ex opibus Aegypti, Aethiopum & aliarum etiam gentium. Commemorat enim hic Propheta non omnes, sed quasdam nationes, easque Israelitis magis notas.

אַנְשֵׁי מִדָּה viri mensurae (s. magnae) id est viri procerae staturae. Eadem locutio 1 Paral. 11 & Numer. 13.

In compedibus transibunt) Declarat summam submissionem. זִקִּים compedes si in sing. in usu est, habebit זֵק ut חֹק rad. זקק

15.
Certe tu es Deus sese abscondens, Deus Israel servator.
Deus quodammodo occultatur, quando suos affligi sinit; & non statim bona illa quae promisit praestat. Sententia igitur est ac si diceret: Certe saepenumero manum diu populo tuo subtraxisti, & passus es afflictionibus subjici: ~~tamen~~ sed ubi sapientiae tuae visum est, te servatorem Israelis praestitisti.

16.
Putrefacti sunt, etiam ignominiosi redduntur omnes illi: pariter discedent cum ignominia opifices idolorum.
Ostendit, tum demum, cum suos eduxit Dominus, manifestum fore quam sit inanis & vanus idololatrarum cultus, qui ~~[illegible]~~ sua idololatria confirmabant

prospero rerum suarum successu.

ציר quidam deducunt à יצר formauit, per transitionem litterarum. atque ita imaginem significat. alij uolunt ציר esse radicem atque tum significare dolorem. quia idola sunt suis cultoribus dolori causa: quemadmodum & alias uocantur idola עֲצַבִּים à עָצַב doluit, afflixit: eò quod sint colentibus se in magnam afflictionem & offensam Dei.

חָרַשׁ significat arauit plerunque. hic uero, machinatus est, meditatus est. nam ut aratio messem ita meditatio opus praecedit.

17.

Israel seruabitur per Dominũ salute seculorũ: non erubescetis, neque ignominiosi reddemini usque ad secula aeternitatis.

Contrariũ hic iam dicitur ei quod in praecedenti uersu fuit dictum. Notandũ autẽ est salutem S[ic]rorũ hic Iehoua tanquam primae causae ascribi: cum supra Cyro ut instrumento fuerit attributa.

תְּשׁוּעָה ad formam תְּקוּמָה nomen potest. & si illius radix ישע sit, huius uero קום: fit hoc igitur mutatio propter metathesin litterarum. שׁוּעַ pro ישׁע.

עד ord. geminati à עדד. uide Kimhi in michlol.

Secula aeternitatis) Si tantum ad liberationem Babylonicam refertur prophetia huius capitis: hoc uerum non erit. Coniunctim igitur de salute à Christo parta agitur. 18.

Quia sic ait Dñs creans coelos, is est Deus ille formator terrae & creans eam, ipse firmauit eam: non frustra creauit eam, ad inhabitandum formauit eam. Ego sum Dominus

&

& nullus est alter.

Confirmat supra dicta ab auctoritate Dei loquentis, quem certis signis discernit ab omnib. fictitiis diis

Ornans eam) Vel, faciens eam: vel, disponens eam.

תהו nomen est & significat inane. sed cum prae-ponitur verbo, plerumque adverbiascit

19

Non in occulto locutus sum, in loco terrae tene-broso: non dixi semini Iacob, frustra quaerite me: ego Dominus qui loquor justitiam: annuncians recta.

Confert verum Deum cum idolis, ostenditque quod sit discrimen. hi enim in antris oracula sua edunt, falsa & ambigua. contra vero Deus verus palam in monte Sinai suam Legem dedit, vera sunt quae vaticinatur & minime ambigua.

Frustra quaerite) q. d. non meum commodum quaero sed commodum & fructum servorum meorum.

In quibusdam versionibus perperam adiungitur תהו praecedenti verbo בקשוני, quia accentus distin-
Iustitiam) id est veritatem. (guens repugnat.

20.

Congregamini & venite: accedite pariter abiectissimi gentium: non noverunt ii qui gestant lignum sculptilis sui, & qui orant Deum qui non servabit. i. servare non potest.

Provocat in iudicium & quasi diem dicit omnibus cum superstitionib. & idololatria addicti sunt.

פליט hoc loco sicut & Iud. 12, 4 significat abiectissimum. vocantur autem abiectissimi ido-lolatrae non quidem opinione hominum sed iusto iudicio Dei.

Lignum sculptilis sui) i. sculptile suum ex ligno confectum.

21.

Annunciate & adducite (vonis uros) etiam consultent pariter. quis annunciavit hoc ab initio? quis tempore illo annunciavit illud? numquid ego Dominus? & non est ultra Deus praeter me, fortis, iustus, & servator, nullus est praeter me.

Ut fidem suorum contra Sathanae insultum muniret Deus, citat idololatras ad suum tribunal ut si quid habent, proferant.

אֵין absolute hic ponitur, cum in constructione, אֵין etiam זוּלָתִי quod hic sequitur אֵין, debebat prae-cedere & adiungi participio. מוֹשִׁיעַ

22

Respicite ad me ut servemini omnes fines terrae quia ego sum Deus ille potens, & non est ultra.

Spem salutis facit Deus toti terrarum orbi si ad se respiciat, id est, fidem firmam collocet in Deo. אַפְסֵי fines. in sing. אֶפֶס et in ista signi-ficatione, finis, tantum est pluralis numeri.

23

Per memetipsum iuravi, egressum est ex ore meo (in)iustitia verbum, & non revertetur: quod mihi incurvabit se omne genu, iurabit (per me) omnis lingua.

Quod dixerat Deus, iureiurando confirmat; nimirum fore ut ex omnibus gentibus aliqui ad Deum convertantur. Locus hic citatur à Paulo Rom. 14 & accommodatur ad extremum iudicium, vide id quidem, neque praeter mentem prophetae: nam quae de regno Christi dicuntur, ad totum eius cursum extendi debent.

In iustitia) id est iuste. צְדָקָה hic pro בִּצְדָקָה ponitur. Et iustitia, ut ante, veritatem significat.

Et

Et non redibit) i. non fiet irritum verbum.
Iurabit per me) Cultum universalem notat per unum aliquam speciem cultus divini, nimirum iuramentum.

24.

Duntaxat per Dominum ((qui) de me locutus est.) iustitia & robur (sunt) : usque ad eum veniet; pu- defient autem omnes qui ira accensi sunt in eum.
Agnoscent inquit gentes beneficia sibi a solo Iehovah provenire : qui vero gloriam Deo non inuident, & irascuntur quando eam sibi non vendicat, peribunt.
Qui de me locutus est) His verbis quisquis ex gentibus sibi applicat promissionem Dei. & promissis includi debent.
Usque ad eum veniet) i. plene ad Deum convertetur
fut. a rad. Genes. 34, 22. יֵאֹתוּ huius ipsius forma est יֵאוֹתוּ placuit. quod hic habemus. rad. quidem est אוּת sed tertia fut ו ad primam & in ׳ mutatur.

25.

Per Dominum iusti erunt, & celebrabuntur (vel sese laudabunt) omne semen Israel.
Iustitiam, inquit, non suorum operum praetendent veri Israelitae: sed Dei solius, et ~~illa~~ : & in eodem Deo glo-riabuntur.

Caput XLVI

1.

Concidit Bel, ruens (corruit) Nebo, fuerunt idola eorum bestiae & iumento (imposita) ; oneribus vestris onusta sunt ; onus est fatigato (iumento).
Praedicit captivitatem idolorum cum irrisione ipsorum statuarum.
Patrem Nini filium Nimroth Bel fuisse nonnulli historici scribunt. Iste Bel sc post mortem adorari voluit. Meminit huius Ioseph. lib. 1, cap. 9. Plini-

Corruit) id est futurum est omnino ut corruat. Quia cum aurea et argentea erant idola, confracta ab hostibus fuerunt et iumentis imposita tanquam pars praedae. Hoc igitur propheta vaticinatur.
קרס proprie est, incurvavit se. unde in Exodo vocantur uncinuli קרסים
2.
Deciderunt incurvaverunt se pariter, et non potuerunt liberare effugere onus et anima eorum in captivitatem abiit.
(Anima eorum) Ironia est. q. d. idola, quae putabant esse anima cultores sui sibi persuadent, ablata sunt.
Incurvarunt se) Alludit ad id, quod metalla complicari solent ut in sarcinam componantur.
Liberare) minirum semetipsa ab onere. i. quoniam sint onus et ponderis terrae. non possunt se oneri subtrahere.
3
Audite me o domus Iacob, et cunctum residuum domus Israel; qui gestamini ex ventre, qui baiulamini a vulva.
Necesse est ut idola gestentur a cultoribus suis, at Deus tantum abest ut gestetur a suis, ut etiam ipse suos cultores gestet tanquam mater foetum in utero. Est igitur antithesis idolorum et veri Dei.
מני praepositio מן hic per paragogen assumit י ne concurrant durae et κακόφωνοι duae consonantes. praecipue id solet fieri quando per maqaph colligatur cum sequenti dictione.
4.
Et usque ad senium ego sum, et usque ad canitiem ego baiulabo, ego feci et gestabo, ego inquam baiulabo et eripiam.
ו in principio huius vers. potest commode per illativam particulam exponi. Itaque usque ad senium &c.
Gener.

Gen. 3, 15, אֵיבָה: ad hanc formam refertur שֵׂיבָה Baiulabo) i. baiulare soleo. q. d. quos semel in tutelam meam recepi, nunquam abjicio, sed ad finem usque sustento.

5.

Cui assimilabitis me & aequabitis? & comparabitis me, ut similes simus?

Cum ego recipiam cultores meos, idola autem non tantum non recipiant suos cultores, sed ipsa quoque in exilium ~~afferantur~~ auferantur: qua ratione poteritis me cum ullis dijs comparare?

Assimilabitis me) Hebraei hoc referunt ad imaginem falsorum Deorum cum uno Dei, cuius nulla existit imago ijs similis. Et aequabitis) Hoc ad potentiae aequalitatem pertinere dicunt. Et comparabitis) illud ad comparationem seu collationem quae verbis fit, referunt. וְנִדְמֶה omnes fere interpretes sumunt pro passiue & nim verbo faciunt. praestat autem ut singulariis exponamus & dicamus est fut. cal. plur. num. 1 pers. similes erimus.

6.

6 Profundentes aurum ex ~~marsupp~~ marsupio; & qui argentum stylo appendere solent; ~~appendere~~ solet qui conducere solent purgatorem (i. aurifabrum) ut faciat ipsum Deum, qui pronum (tum) etiam prosternunt se. זול profudit. proprie significat, spreuit. quoniam autem quod spernimus large ac liberaliter profundere solemus, ideo huic rei accommodatur.

קָנֶה hic significat lingulam illam quae in bilance ~~signat~~ indicat pondus rei quae bilanci imponitur examinanda. ex similitudine aut calami uocatur קָנֶה

7

Portare solent ipsum super humerum, baiulare solent eum, collocare solent eum sub se, & subsistere solet, de loco suo non recedet, etiam (si) clamauerit quis ad

eum, nequaquam respondebit, ab angustia non servabit eum.

וְיַנִּחֻהוּ fut. hiph. à rad. נוח deficient. in secunda rad. etsi illa non est ו iuxta regulam. יָמִישׁ recedit. quamquam est coniug. hiphil. tamen est ~~[illegible]~~ absolutum. non autem transitivum seu activum. eodem modo usurpatur Iosue 1. Item Iesai. 1, 18, יַאְדִּימוּ. rubra fuerint.

8.

Recordamini hoc & viros vos praestate, reducite ô praevaricatores (hoc) in animum.

Obiurgatio, quae dirigitur ad eos qui in idololatriam proclives erant: coniuncta autem est cum exhortatione.

הִתְאשָׁשׁוּ à nomine אִישׁ deducitur. Solet autem in piel & hithpael tertia radicalis geminari in quiescentibus in secunda. ad compensationem dagesch. Viros vos praestate) q. d. ne immemorum more hoc negligite, & struentes filiis: sed in memoria conservate mea beneficia. Sunt alij qui radicem ponunt אָשַׁשׁ fundavit. atque ita significat fundate vos, id est confirmate vos, harum rerum commemoratione.

Non desunt qui ab אֵשׁ deducunt, & verbum, comburite vos. ac si dicat: erubescite de operibus vestris malis. qui enim pudore suffunduntur, videntur quasi inflammari.

9.

Recordamini priorum (quae gesta sunt) à seculo quia ego (sum) Deus, & non est ultrà Deus; & non est ut ego .i. similis mei

10

Annuntians à principio finem, & ab exordio quae nondum facta fuerunt. dicens, consilium meum stabilitur; & omnem voluntatem meam faciam.

Solum se verum Deum probat esse à praescientia ac providentia sua ad omnes res pertinente. Dicens) .i. ubi dixero sub. aliquid futurum. Consilium meum) sub. tum statim consilium meum stabilitur

stabilitur

stabilietur. 11.

Vocans ab Oriente volucrem, è terra remotionis virum consilij mei, etiam locutus sum, etiam adducam illud: formaui, etiam efficiam illud.
Loquitur de liberatione à captiuitate Babylonica per Cyrū, & condemnatione æterna per Christum. Vocatur autem auis quòd simul atque tempus à Deo destinatum affuit, quàm citissimè præsidio Israelitis Cyrus venit. & Christus fidelibus. Propter promptitudinem diuini consilij exequendi de utroque vocatur volucris. Formaui) .i. finxi in animo meo ac formaui id quod in effectum producam.

Caput XLVII.

1.

Audite me obstinatè fortes corde (.i. contumaces aīo) qui remoti estis à iustitia.
Appellat eos qui non credituri erant uaticinio præ dicto. q. d. Etsi vos infideles sitis, tamen nunquam illa incredulitas meam fidem ac ueritatem labefactabit. שִׁמְעוּ אֵלַי. maiorem habet uim istud uerbum quia cum אֵל constructum est, quàm alioqui si simpliciter cum pronomine iungeretur.

2.

Applicaui iustitiam meam, non longè aberit, & salutem meam, non cunctabitur; ponamque in Sione salutem, communicabo Israeli gloriam meā.
קֵרַבְתִּי piel, ex absoluto transitiuū efficit istud uerbū.

3

Descende & sede super puluerem uirgo filia (.i. congregatio) Babel; sede in terra, non est solium filia (congregatio) Chaldæorum: quia non adijcies, uocabunt (id est postchac non uocabunt) te tenera & delicatam.

Sub hypotyposi virginis in delicijs educatae sine suspi-
citatum pectore abstracta, describit ruinam regni Ba-
bylonici. Sede in pulvere) q. d. quae hactenus regni
occupasti & in solio sedisti nunc exueris tuo regno.

כשדים dictos existimant Hebraei à כֶּשֶׂד Abrahami filio ex uxore ultima. Genes. 22, 22.

2.

Cape molas, & mole farinam: pande crinem tuum denuda pedem, detege tibiam, transi flumina.

q. d. Quae in summo prius honore eras, iam ad summam devenies ignominiam: quae domina eras vilissima fies ancilla.

רֵחַיִם tantum dual. numeri propter duos molares la-
pides. si in sing. inveniretur, esset רֵחַ forma זַר
צַמָּתֵךְ ut חַמָּתֵךְ. rad. צָמַם.
שֹׁבֶל idem quod דֶּגֶל signum. sed hic illud crinis u-
surpatur.

Flumina) intelligit Tigrim & Euphratem.

3.

Revelabitur nuditas tua, etiam conspicietur turpitudo tua; ultionem sumam, nec* obvium habebo quenquam.

עֶרְוָתֵךְ tua nuditas tua. rad. עֶרְוָה. ה autem in ו est mutatum.

Nec obvium) i. nemo mihi resistere poterit.

4. i. hoc faciet

Redemptor noster, Dominus exercituum nomen eius, sanctus Israelis.

Notatur finis cur Deus Chaldaeos excisos velit, nimi-
rum ut vindicat suum populum, & ab Israele sanctificetur,
ac celebretur. Sunt autem hic concisae locutiones: ut solent
esse in magna laetitia & contra in tristitia vehementi.

* Alij aliter interpretantur: Non suscipiam hominis sub. preces. sic Kimchi. Alij: non occurram ei sicut homo. i. sicut caeteri homines. Kimchi interpretatio exemplum habet illustre Ruth. 1, 16.

5.

Sede tacite, & ingredere in tenebras filia Chaldaeorum, quia non adjicies (i. non ultra) vocabunt te dominatricem regnorum.

Describit magnum dolorem qui verba intercipiat.

דּוּמָם) Alij putant דום radicem, & ם esse for-
mativam

Potest e[st] & particip. pro דּוֹמֵם veluti ta- cens. Vel est imperat. à verb. דמם Ex thesauro Pagnini.

[forma]m adverbij, ut in יוֹמָם. Alij radicē דָּמַם consti- tuunt. Kimchi utramque sententiam commemorans neutri magis quàm alteri favet.
Ingredere in tenebras) q. d. occulta te in tenebris, neque enim est quicquam in te, quod aliorum hominum conspectui te commendet.
Non ultra) Tantum abfuit ut dominatrix regnorum maneret Babylonia, ut etiam titulo regni amisso provincia sit facta & praefecto subiecta.

8.

Iratus fueram adversus populum meum, profanaveram hæreditatem meam, & tradideram eos in manum tuam: non praestitisti eis misericordiam, super senem aggravasti iugū tuum vehementer.
Declarat eos non subiecisse sibi Iudaeos propria potentia, sed sua Dei potentia & voluntate hoc esse factum: ut Iudaei pro ea ples peccatis castigarentur. ipsos autem Babylonios limitibus fraternis nimis fuisse immisericordes. poenam igitur talionis Deus minatur ijs.
Profanaveram hæredit.) sub. quum eam tradidi ut exposui.
Super senem) Per synecdochen exponit qualem misericordi- am ab ijs praestari Deus voluerit. Congruit id ipsū Ierem. in threnis.

9.

Et dixisti: in perpetuum ero Domina, adeo ut non posu- eris hæc in corde tuo, non memineris finis eius.
Superbiam Babyloniorum taxat.
Finis eius.) Referunt hoc quidam ad Ierusalem; hanc ci- vitatem Domini. q. d. non cogitasti Ierusalem aliquando pristino suo statui restitutum iri. Alij ad pristinum Baby- loniae statum foelicem referunt. Non cogitasti finem fore tuæ prosperi- tatis. &c.

× Pagnin. vertit: novissimi tui. & Vatab. annotavit variam esse lectionem: אַחֲרִיתָהּ & אַחֲרִיתֵךְ

10

Nunc itaque audi hoc voluptaria, quae habitas secure: quae dicis in corde suo, ego (sum), & absque me amplius (non est) non sedebo vidua, neque cognoscam (i. experiar) orbitatem
Novam attentionem petit Propheta à filia Babylone.
Ego sum) q. d. tribuis tibi quod solius est Dei. huius enim essentia à nullo alio dependet. hic verè est, & nunquam interit. tu autem quicquid habes essentiae seu substantiae, à Deo habes precario: potestque idem ubi voluerit auferre.

Atque venient tibi duo hae in momento, in die uno, (nimirum) orbitas & viduitas: ‡ Tota integritate sua (i. perfecte) ‡ Alij: cum completa fuerint illa peccata tua. quidā vertunt, ad perfectionem suam. venerunt adversus te, pro multitudine praestigiorum tuo-rum (vel, in omni mul. praestigijs tuis) propter copiam (seu vehe-mentiam) incantationum tuarum valde!

Quamvis illa promiserit sibi & mariti sui & liberorum incolumitatem, tamen uno eodemque tempore utrosque per-ituros Deus praedicit. Atque hoc evenisse legitur Dan. 5 ubi traditur ipsum Regem interemptū qui mariti nōie intelligitur. & haud dubie cum eo multi proceres i qui sunt instar filiorū.

שְׁנֵי in constructione pro שְׁנַיִם. in absoluto שְׁנַיִם pro שְׁנֵי ut שְׁנֵיִם שְׁנָתַיִם. Irregulare aūt hoc est in isto vocabulo quod in statu construct. שְׁנֵי habeat St dagesch supplementi notam statim post schewa. nom hoc fieri non solet. ~~שתי~~ שְׁתֵּי aūt utrīque habet dagesch post schewa. exemplo uno loco Iud. 16, 47.

חֲבָרַיִךְ) Quia incantatores habent societatem cum daemonibus incantatores: ita vocantur incantationes a חָבַר sociavit. 12

Confisa n. es in malitia tua; dixisti, non ē qui videat me; scientia tua & prudentia tua ipsa pervertit te, ut dixeris: Ego sum, & absque me non est amplius.

רֹאַנִי ex regula esset רֹאֵנִי sicut à גָּלָה גֹּלֵנִי sed discedit à communi forma. Notandū aūt est in multis exemplaribus & impressis & manu scriptis esse pa-tach subiectum sub ר hoc loco in רֹאַנִי & tum nihil est irregulare. nam .. propter accentū distinguentem in latam vocalem saepe mutari solet.

Scientia tua & prudentia) loquitur ex opinione ipsius imperij Babylonici.

שׁוֹבְבָה particip. pihel. in kal שׁוּב
13.

Itaque veniet super te malo (dies) cuius non agno-sces diluculum, & ruet super te calamitas, quam non poteris eam expiare, & veniet super te repente vastatio

quam

16 Iud. 147

quam non noueris.

Cum אַבָּ est masc. gn̄is, רעה autem foeminini gn̄is, subintelligunt Rabbini Kimhi & Aben Ezra, nomen דבר ante רעה, ut participiū cum noīe congruant in gn̄re.

לא תדעי . subintelligitur relatiuum pronomen אֲשֶׁר ante לא

Non agnosces diluculū) hoc est, nescies quando incipiant tibi in foro malū. Ergo Non autem praecognita mala magis offendunt.

Varabl. (Alij hoc mō intelligunt q. d. Nunquam peruenies ad simplr ex finem ingruentium tibi malorū. Nam apud Hebraeos cala-

ponit: cuius mali mitates tenebris comparantur, prosperitas luci. Diluculum autem

diem igno finis est nocturnae caliginis: & hic significat finem malorū.

rabis. כְּפִתְאֹם ut à שְׁלֹשׁ, שִׁלְשׁוֹם.

14
Sta nunc cum incantationi~~bus~~ tuis, & cum copia praestigi arū tuarū, in quibus laborasti ab adolescentia tua: si for te possis proficere, si forte robur assumere possis.

Sarcasmus. q. d. Vbi nunc est scientia astrologorum tuorū? susurrant illi iam tibi in aures stupoératis.

Cur. 2,7: שִׁמְעַת pro שָׁמַעַת. ita hoc loco נְעָרַת pro נְעָרֵת:

15.
Fatigata es in multitudine consilio~~rum tuorū~~ tui; stent nunc & seruent te scrutatores coelorum, qui contem-

* Varab. Indicant (quae uentura sunt) per singulos menses. plantur in stellis, *indicantes per nouilunia, ab iis q̄ ueniant super te.

Q. d. Omnia quae antè iniisti consilia tibi sunt exitio.

לָאָה fatigauit. נִלְאֵית hoc loco est niphal participium secunda pers. foemin. gn̄is.

הֹבֵר scrutatus est. Nullibi hoc uerbum aliàs reperitur & potest fieri quod sit Chaldeum, quandoquidem ista diuinandi ex astris nugatoria ars, Chaldaeos habet authores.

חֹדֶשׁ mensis à חָדַשׁ renouauit. nam Hebraei suos menses incipiebant à renouatione lunae.

16.
Ecce fuerunt tanquā stipula, ignis combussit eos, non eripient uitā suā è manu flammae, non supererit pruna

ad calefaciendū, non erit lux ad sedendum coram ea.

Ita inquit. interibunt ut ut nulli usui sint futuri. Sicut stipula combusta, ita pereunt, ut nec ignem de se praebeant nec calorem. (Assimi agit in subiectā mater.)

Diuina ultio comparatur igni: quia elementū hoc efficacissima. Quū homines manibus solent uires suas exserere; eoq. etiam inanimatae robur uocatur manus. ut hoc loco manus flammae. i. uota flamma uis & efficacitas.

גחלת est ex absorbentibus daguesch. forma אדרת

A debebat esse לְחֻמָּם Gen. 4? 34, 7 לְשִׁבְבּ. similiter hic. A Quū sunt hic alterius gutturalis à chirik, mutatur hic illud in patach.

17.

* uel, circa quos. Ita erunt tibi * in quibus laborasti: negociatores

* ad uestrū: ad transitū suū tui à pueritia tua, quisque ad * plagam suam errauerunt, non fuit qui te seruaret.

Redditionem similitudinis paulò ante positae iam subiungit. סֹחֲרִים .i. mercatores uocat Astrologos & praestigiatores istos, quia nil nisi quaestum sibi propositū habent.

סחר circuiuit. סֹחֵר autē nomen habet à circumeundo. quia mercatores terram circuire solent & peruagari lucri grā.

Sunt qui dicant Prophetam alludere ad plagas coeli, quas astrologi diuidunt ac metiuntur, fingunt ut ex iis prognostica sua deducant. Ad plagam suam) q. d. non opus fuit multis et ad, sensus diuersitatis in tam longo labori disputare. in primarum enim uiam quae se oculis obiicit conuertunt se in eo errarunt. loco quod dicunt) caelo. Quisitam ne, fiunt hoc ad cognitionem in quam ipsi sapientes quoque, praelati sunt.

Caput. XLIIX.

Versus 1.

Audite istud domus Iacob, qui uocamini noīe Israel; & ex aquis Iehudah egressi sunt; qui iurant per nomen Iehouah, & Dei Israelis mentionem facere solent, non in ueritate, & non in iustitia.

Hoc capite Propheta intelligens Israelitas incredulos futuros &

& adhæsuros idolis Babyloniorum in captivitate, vehementer eos obiurgat. quidem & Ierem. 7 & 44 & Ezech. 8 reprehenduntur.

Primum autem attentionem petit ab ijs ~~quod~~ quos recturus erat instituit. Vocat autem eos familiam Iacob, ad exprobrandum ingratum animum: & ad admonendos sui officij.

Ex aquis Iehudah) Non quòd omnes originem à Iudah traxerint quos alloquitur (nam Levitæ & sacerdotes multi erant, & ex 10 tribubus relicta idololatria Ieroboam multi transierant) sed quòd præcipua pars populi Iuda esset ~~et~~ progenita.

מי in statu construct. à מים. cum affixis coniunctim, in fine adjecit sibi syllabam מי ut ממעי ~~...~~ &c.

Qui iurant per nomen Iehovæ) Per unam speciem cultus divini intelligit & alias religionis partes. q. d. vos alloquor qui religionem summam iactatis vestis. re non præstatis.

Iustitia hîc accipitur pro cordis integritate.

2.

Quia de civitate sancta vocati sunt, & super Deum Israelis nixi sunt, cuius nomen est Iehovah exercituum.

Describere pergit eos quibuscum colloqui aggreditur. Ostendit autem eos esse hypocritas.

Vocati fuerunt) .i. iactârunt se cives urbis sanctæ, & nomen ipsum Domini usurpaverunt.

Cuius nomen) Hoc videtur adiecisse Propheta, ut incuteret timorem hypocritis, cum intelligerent quicum sibi sit negotium: nimirum cum Deo verum severo.

3.

Quæ priora (fuerunt) iampridem prænuntiavi, & ex ore meo prodierunt, & audire feci ea: repente feci, & evenerunt.

Inventus sum, inquit, verax in ijs quæ prædixeram antea; fidem itaque adhibete mihi in ijs quæ iam sum dicturus.

Ea quæ antè prænuntiaverat Deus, Hebræorum alij intelligunt, quæ de Senacherib ~~Deus~~ obsessuro Hierosolymam vatici-

nanis erat, & de exercitus sub Aßyrij interitu. Alij verò latius extendunt, nimirū ad omnia quæ Deus unquam Israelitis iam tum Abrahami tempore futura prædixit.

4.

Eò quod scirem quod durus tu (esses), & nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea.

Causam indicat cur prædixerit longè ante, quàm futura erant. Sciebam enim, inquit, impudentiam & pravitatem tuam: nisi enim prædixissem, vaticinia alij potius et idolis ea quàm mihi illa adscripsissent.

מִדַּעְתִּי ad verb. propter scire meum. מִן hic significat propter. ut Deuter. 7, 8: מֵאַהֲבַת יְהוָה אֶתְכֶם eò quod diligeret.

Nervus ferreus) Cervix, inquit, tua ita dura est ut flecti non poßit, quasi nervos habeat ferreos.

מֵצַח frons. גִּיד nervus.

5.

Itaque nunciavi tibi iampridem; antequam adveniret publicaveram tibi, ne diceres: idolum meū fecit ea, & sculptile meum & conflatile meū præcepit ea.

Sensus est: Sicut antea, sciens ferream tibi esse frontem, nunciavi tibi res futuras: ita iam prædico, ut cū evenerint me solum earū rerū effectorem agnoscas.

Præcepit ea) i. ipsius præcepto effecta sunt.

6.

Audivisti, contemplare totū ipsum, vos autē an non nunciabitis (i. fatebimini) publicavi tibi nova ab hoc tempore, & servata (seu reclusa) quæ non noveras.

Loquitur iam de liberatione è captivitate Babylonica, quam nunc prædicit fore. & colligit fidem adhibendā ijs esse quæ prædicit, ex eo quod effecta sint illa quæ ante prædixerit.

Contemplare totū ipsum) Omnia, inquit, vides quæ longo ante tempore promiseram me præstare bona fide.

Nunc

7.

Nunc creata sunt & non à principio & ante hunc diem, neque audiveras ea, ne dicas, ecce noveram ea.

Nunc creata] i. nunc primū in lucem producta.
וְלִפְנֵי יוֹם pro לִפְנֵי הַיּוֹם ante hunc diem.

Etiam non audivisti, 8. et non novisti; etiam iam a-pridem, non aperuit se auris tua, quia sciebam quòd praevaricando praevaricareris, & rebellis ab utero nomina-tum est tibi

Cantic. 7, 12: פִּתְּחָה in 2 coniug. non est vehemen-tioris transitionis, quanquā sit transitiuū in prima פָּתַח. ut & hoc loco. Fit autē id ~~quod~~ irregu-lariter. nam 2 coniugatio transitiuorū fere solet esse. Causa obscuratur quia sequitur nominatiuus casus nomen. בָּגוֹד pro בָּגוֹד תִּבְגּוֹד. quoniam praevaricando &c: nomē diminutionis substituitur, ut saepe aliàs.

Dicuntur ab utero rebelles fuisse, id est, à liberati-one ex Aegypto, quae fuerat illis quasi uterus in quo conclusi fuerant. Quasi enim renati fuerunt, cum sunt ex seruitute Aegyptiaca extracti.

קֹרָא particip. pual. quia kybuts non fit sub prima litera ob ר sequens. mutatur igitur in cholem.

Vocatus es, inquit, & revera fuisti rebellis inde ab eo tempore quo ex Aegypto liberatus es.

9.
Propter nomen meū differam iram meam, & (propter) laudem meam reprimam (furorē) tibi, ut non excindam te.

Volo inquit maiorem habere laudis meae & gloriae quàm morum meritorum rationem. parcam igitur vobis.

אף. Alij hoc deducunt à rad. אנף alij ab אפף. Sed prior sententia verior est nam אנף est in usu, אפף non item.

חטם. nasus siue ira sic appellata quod in naso conspicitur; ut alibi dictum est de אף.

חטם. hoc solo in loco Bibliorum reperitur istud verbu[m]. [חטם] autem, occlusit, in scriptis h. Chald. Quasi dicat Dominus; iram meam tanquam occlusis naribus reprimam.

Vt non excidam te) q. d. non auferam abs te vestigationem, sed ~~non~~ tantum excidium avertam.

10.

Ecce Examinaui te, at non in argento (fornace): ~~[illegible]~~ probaui te in fornace afflictionis.

Praedicit his futura. utitur enim phrasi quia verissima sunt quae praedicat. Fornax afflictionis grauissimas aerumnas & calamitates notat; quibus se tegat populum suum examinaturum Deus.

11.

Propter me, propter me faciam: quomodo profanaretur (nomen meum?) & gloriam meam alteri non permittam.

In me, inquit, ut causa solùm cur vobis beneficium hoc exhibeatur non in vestris meritis. neque enim patiar ut nomen meum contumelia afficiatur deleto hoc meo populo. (Deus. Exod. 32, 12: Cur dicetur in Gentibus ubi est Deus illorum?) Nec permittam ut Gentes de suis dijs glorientur quasi suis cultoribus sint salutiferi.

יחל. hic est Iod sub iod, pro chirick & dagesch, quia non est capax ח. inserta autem absorbet dagesch, ut paulo post in אחר.

12

Audi me et me: Iacob & Israel vocate à me, Ego sum, ego sum primus: etiam ego novissimus.

Ego, inquit, sum absolutè infinitus sine principio ac fine ~~fine~~: hinc fit quòd mea voluntas immutabilis est: & proinde vobis metuendum non est ut stem meis promissis.

שמע אלי Audi ad me. i. attentè me audi.

מקראי. particip. paul 2 coniugat.

Iacob

Iacob & Israel) Ita notat Israelitas cum exprobratione ingratitudinis: q.d. ô vos alloquor quorum parentem quem ex mero beneplacito adoptaui mihi in filium, & primogenituram donaui. à meis uestigiis uos aberrastis.

13 Etiam manus mea fundauit terram, & dextera mea palmo mensa est coelos: uoco ego eos, astabunt pariter.

Quoniam uidebatur impossibile quod promittebat Deus de euersione Babylonis & restitutione Israelitarum, dicit, sibi quam ipse res omnes creauerit, habere se eas in promptu semper obsequio, ut omnia quae statuit praestare possit.

טִפַּח Sgrat palmum. טִפְּחָה palmo mensus est. Hac autem phrasi notat Deus se non solum condidisse coelos sed sapienter & artificiose condidisse. Ita supra cap. 40, 12.

Astabunt pariter) Ita Psal. 119, 90: כּוֹנַנְתָּ אֶרֶץ וַתַּעֲמֹד ! לְמִשְׁפָּטֶיךָ עָמְדוּ הַיּוֹם כִּי הַכֹּל עֲבָדֶיךָ !

14. Congregamini uniuersi uos, & audite; Quis inter eos praenunciauit ista? Dominus dilexit eum (Cyrum): faciet uoluntatem eius in Babel, & (erit) brachium eius in Chaldaeos.

Hinc apparet omnia capita à 45 usque ad hoc esse munita argumentis de excidio Babylonis.

וְשִׁמְעוּ Quaedam exemplaria habent ־: sub שׁ. sed perperam. Etsi enim latius est aliquanto pronunciandum schewa post schureck suffultum metheg, tamen, ut ait Kimchi patach asscribi non debet.

מִי בָהֶם. Potest relatiuum hoc tam referri & ad Babylonios & ad Deos eorum. Et fortasse Scriptura nomen dem apponit, ut ad utrumque referatur. q.d. Quis uel ex diis uel ex hominib. Babyloniis hoc ante praenunciauit?

אֲהֵבוֹ Dilexit eum. Quidam hinc colligunt Cyrum tandem se uere ad Deum conuertisse. & intelligunt hic dilectionem eam qua Deus electos prosequitur. Sed nihil est necesse ut hoc ita hic intelligamus. nam & Nebuchadnezar eum dilexisse

et alibi Deus .i. fuisse ei in illa expeditione contra Iudaeos.
15.
Ego ego loquutus, etiam nominavi eum, adduxi eum & prosperabitur in via sua. eius.
Blanius explicat quod ante dixerat se Cyrum dilexisse.
Prosperabitur) .s. Deus, cuius nomine ego dixi illud. Ego ego loquutus sum.
16.
* בסתר .i. clam Accedite ad me, audite istud, non ab initio in occulto loquutus fueram; tempore quo illud extitit, ibi ego: Nunc autem dominator Iehovah misit me, id est Spiritus eius.
Accedite) .i. mutatam personam habere. (שָׁם אָנִי)
Ego enim inquit praesens, ut res illae extiterunt quas promiseram.
Nunc autem) Petit sibi Iesaias attentionem & fidem adhiberi in iis quae dicit & dicturus est: eo quod legatus sit summi monarchae, Dei.
17.
Ita ait Iehovah redemptor tuus, sanctus Israel: ego sum Iehovah Deus tuus, docens te ad proficiendum, deducens te per viam per quam incedas.

Introducit Propheta Deum loquentem, ut ex persona Dei maior acquiratur reprehensioni authoritas.
ךָדָאַלֶּה participium kal praesens. habetque א sub se - quia gutturalis est. alioqui esset ךְדָאַלֶּה sic פֹּקֶדְךָ
Ego sum Iehova) Quasi d. eadem adhuc mihi voluntas est, quae antea: tu autem meam doctrinam per se fructuosam futuram, non recipis.
להועיל Alludit ad illud quod in Mose habemus, vitam & mortem propositam esse populo.
18.
Utinam attendisses ad mandata mea, utique fuisset tanquam flumen pax tua, & iustitia tua tanquam fluctus maris.
Ostendit Deus, in quo miseria Israelitarum consistat.
Si

[Vertical note in left margin:] # צדקה est. quia cum Deus illud ex ipso praestet quod ante promisit, iustitiam in eo ostendit, [illegible] fieri [illegible] est [illegible] synagoga [illegible], [illegible] vocetur.

Si, inquit, attendisses praeceptis meis, continua tibi fuisset felicitas, ut perpetuus est fluxus fluminum, & fluctus maris
1 Sam. 12, 7 צדקות # quoque in isto sensu sumitur. ni[illegible] mirum ut beneficentiam a Deo in populum collatam [illegible]

x. 19. Deut. 32, 29 eodem modo optat Moses filios Israelis sapere.
Eandem vero doctrinam quae hic est, habetur quoque Deuter. 5, 29.
כנהר) hic habet — quod subjici [illegible] [illegible] littera ה demonstrativa. Intelligunt igitur Hebraei flumen illum vicinum Iudaeae, Euphratem.

Iustitia populi) Non quae a populo praestatur sed quae a Deo in populum confertur. Ita templum vocatur & do[illegible]mus orationis Dei [illegible] minimi quae ad Deum funditur, & orationis populi, quam populus fundit.

Fluctus maris) Qui minime successive se invicem magna copia subsequuntur. 19.

Fuisset quoque tanquam arena semen tuum, & qui egrederentur e visceribus tuis tanquam viscera illius, non succideretur neque aboleretur nomen eius (seminis) a facie mea.

Arena) Perstat adhuc in similitudine maris ad ~~[illegible]~~ cuius littora maxima est arenae copia.
מעי form. מעיה. significans viscera, paulo post מעה
Viscera illius) i. pisces maris: qui ex tanquam viscera maris sunt, & maxima copia proseminantur ac progignuntur ~~pisces~~. Hac de causa Iacob Genes. 48 וידגו, inquit, i.e. multiplicentur ut pisces. optans filiis Ioseph amplam posteritatem.

Non succideretur) Dedissem, inquit, tibi semen copiosum, & totum etiam conservassem. Gignere enim liberos multos quidem sed non diu vitales maledictionis est magis quam benedictionis divinae.

20.

Exite e Babel, gratum accelerate e Chaldaeis, cum voce hilari annuntiate, divulgate hoc: proferte ipsum usque ad extremum terrae: dicite, Redemit Dominus servum suum Iacob.

Ut ostendat Deus constantiam in promissionibus suis, addit

51, 5 & 45

ad promissiones de liberatione Babylonica. quae ut certior sit, quasi in rem praesentem illa liberationem adducit, & iam Babylone egredi iubet. Ita Ierem. 51, 6, 45.

ברח Fugite, tu nunc fugit. At hic fugere potius dicitur, ob aliam causam quam propter metum. Sic alibi Amos 7, 12 ברח fugere simpliciter accelerare gradum. item Num. 24, 11. Nam Israelitae non metu abierunt e Babel sed tanquam servati, iussu Cyri. id quod proxime subsequentibus verbis significat.

21.

Neque sitiverunt, in solitudinibus deduxit eos, aquas e petra promanare fecit eis, & scidit rupem, & fluxerunt.

Non quidem istae beneficia praestitit Israelitis in regressu de Babylone, sed tamen similia illis quae quibus affecerat eos egredientes Aegypto per solitudines.

זוב fluxit.

22.

Non est pax ait Dominus impijs.

Primum docet quare tranquillitas illa quam aliquando relaturi Israelitae in illis salutae, nimirum quia se improbe gesserint: deinde, illius liberationis salutis beneficium non fore cum impiis.

Caput XLIX

1.

Auscultate insulae mihi, & animadvertite populi e remoti, Iehova ex utero vocavit me, e visceribus matris meae commemoravit nomen meum. i. indidit mihi nomen.

Interpretes Hebraei (cum eos intelligunt) Isaiam Prophetam de seipso hic loqui. Sed Spiritus S. in Novo testamento testatur de Christo hic vaticinium scribi. Vaticinium autem diversum est à superiorum capitum vaticinijs. ita ut in illis tamquam adumbratio liberationis per Christum praestandae, Babylonica captivitatis

captiuitatis dissolutio describitur: hic verò ipsa res, i. ipsa liberatio à peccatis per Christum ~~est~~ efficienda.

Vocauit me] i. ad hoc munus me destinauit;

מִמְּעַי è visceribus. in singul. numero מְעִי. diuersa forma ab ijs duabus quas praecedenti capite habuimus מֵעַי & מֵעָה. ab eadem tamen radice, & eiusdem significationis.

2

Et posuit os meum tanquā gladiū acutū, in umbra manus suae abscondit me; & posuit me in sagittam tersam, in pharetra sua abscondit me.

Declaratur quo modo regnū Christi & paretur & defendatur. nimirū verbo diuino. nam os hic pro verbo ponitur.

חַדָּה acutum. à rad. חדד acuit.

Manus sua] i. potentia sua. Quoniam & Christus & membra Christi sunt instar signi cui contradicitur semper seu quod impetitur: Deus eos sua potentia munit. instruit nimirū suo verbo quod & vicinos & remotos sub obedientiam redigit. nam gladio vicinos, iaculo verò remotos impetere solemus. Vtrumque praestat Verbum diuinū.

אַשְׁפָּה pharetra. forma אֲרֻזָּה

3.

Et dixit mihi, O Israel seruus meus tu es, in quo gloriosus apparebo.

Hic quoque versiculus & de Christo capite & de eius corpore intelligitur. Vocat Christū Israelem, cum quod ab Israele originem ducat (quia venit è Dauid notatur) tum quia veros Israelitas efficit.

יִשְׂרָאֵל. Accentus distinguit & separat istud nomen à tota oratione, quia in vocandi casu est.

4.

Ego autem dixi: Frustra laboraui, inaniter & vanè virtutem meam consumpsi, verumtamen iudicium meū cum Domino, & opus meum cum Deo meo.

Conqueritur de ingratitudine eorū ad quos est missus. Sunt

& Ioannis 1 habetur Christũ à suis non esse acceptũ.

Munus meum) Functus sum, inquit, officio meo quod ad Deum attinet, quamvis illud apud vulgos inefficax fuerit.

5.

Et nunc ait Dominus formator meus a utero in servũ sibi, ad reducendũ Iacob ad se, & ut Israel ad eũ con-gregetur, & gloriosus essem in oculis Domini: ac Deus meus fuit robur meum.

Ostendit Christus quod frustra sit munus suũ quod ad electos attinet.

1 Iur. 11, 20: scribitur quoque לא pro א pro ו.

Item. 2 Reg. 8, 10. ut & hoc loco.

6.

Et ait Leve (erit) ut sis mihi servus ad confirmandũ tribus Iacob, & ad reducend. restaurationes Israelis, ut restituerus sim te in lucem Gentiũ ut sit salus mea usque ad extremitatem terræ.

Vaticinium de successu regni Christi.

19 Septemb. aº 1567. Hartonus audivi Emmanuelem: quæ sequuntur, domestica ac privata industria excussi.

7.

Sic ait Iehovah redemptor Israelis, sanctus eius ad contemptam animæ, ad abominabilem gentem, ad servum dominorum: Reges videbunt & assurgent, principes (videbunt) & prosternent se: propter Iehovã qui fidelis extiterit, (propter) sanctum Israelis (qui) elegit te.

לִבְזֹה־נֶפֶשׁ. Kimchi dicit esse nomen toar בזה & significat contemptum: posse tamen esse & nutror instar קָנֶה vel בְּלֹה, ut sit sensus: Ei qui paratus est spernere ipsum animam. Vel, ponitur vice participij pass ut idem ait, pro ad contemptum animæ.

לִמְתָעֵב abominabilis. forma toar forma participii pi.

Sic

8

Sic ait Iehouah : Tempore beneplaciti respondi tibi, (.i. exaudiui tibi) Et in die salutis adiuui te : Et custodiui te, constituiq; te in foedus populi, ad eri- gendam (.i. instaurandam) terram, ad haereditare ac- cipiendas possessiones relictas.

9.

Ad dicendum captiuis : Egredimini : ijs qui sunt in tenebris, Exultate. In uijs pascent, & in omnibus excelsis locis (erit) pascuum eorum.

הִגָּלוּ Videtur esse imperat. niphal à rad. גלה ut הִקָּוּוּ. nisi quod illic ו pro ו sit ~~poss~~ positũ.

10.

Non esurient, neq; sitient, neq; percutiet eos aestus & sol: qui enim miseretur eorum ducet eos, ad fontes (inquã) aquarum deducet eos.

יְנַהֲלֵם deducet eos) Similis loquendi forma est Psal 23, 2.

11.

Et redigam omnes montes meos in uiam (vel. planum & rectum) semitaeq; meae extollentur.

~~ירמו~~ יְרֻמוּן extollentur. ֻ quod sub ר erat in schua est mutatum propter paragogen literae ן.

12.

Ecce illi è longinquo uenient : & ecce illi ab Aquilone & ab Occidente : & alij a terra Sinim.

13.

Iubilate coeli, & exulta terra, erumpite montes iubilum nam ~~misertus~~ consolatus est Iehouah populũ suũ, & afflictorum suorum misertus est. Vide similem loci supra cap. 44, 23.

14.

Et (tũ) Sion dixit : deseruit me Iehouah : & Dominus oblitus est mei.

15.

An obliviscetur mulier pueri sui ut non misereatur filii uteri sui? Etiam (si) illa obliviscantur, tamen ego non obliviscar tui.

16.

Ecce in manibus descripsi (seu statui) te: muri tui sunt coram me iugiter.

17.

Accelerauerunt aedificantes te, qui autem te destruebant & excindebant egredientur abs te.

בָּנַיִךְ sunt qui interpretantur, filij tui. alij, aedificantes te. at vero si participium esset, haberet בּוֹנַיִךְ à sing. בּוֹנָה. Grammatica igitur postulat ut filiis interpretemur. Etsi cum sensu magis congruere videatur, aedificantes. Porro, מִהֲרוּ accelerauerunt pro futur accelerabunt positum est. Sensus hic videtur: Filij tui in urbem congregabuntur, quamquam sint minimi & rusticissimi tui: inimici autem ac vastatores foras exibunt.

18.

Effer in circuitu oculos tuos ac contemplare; omnes illi congregati sunt (&) venerunt ad te. Vivo ego, inquit Iehovah quod omnibus illis tanquam ornamento vesties (te), & circumligabis te ijs tanquam sponsa. תְּקַשְּׁרִים futur. 2 person. foem. generis. piel. cum affixo tertia pers. plural. masculi.

19.

Nam solitudines tuae & vastationes tuae & terra destructa tua nunc profecto angusta erit propter incolas. longe enim recedent qui deglutiebant te.

יָצַר nonnunquam significat arctari, angustum esse. ut hoc loco. arcta erit propter incolas .i. prae multitudine

tim inhabitatorum. הֲרִיסוּת Destructio

20.

Quin etiam dicent in auribus tuis filij orbitatis tuae: Angustus est mihi (.i. unicuique nostrûm) locus hic: accede ad me (.i. propter me) ut habitem.

21.

Tum dices in corde tuo: quis genuit mihi istos? cum sim orba & solitaria. (sive unica .i. sine liberis) captiua & remota (cum fuerim) quis educauit illos? ecce ego relicta eram sola, hi (autem) unde?

22.

Sic ait Dominus Iehouah: Ecce tollam manum meam in gentes & ad populos efferam uexillum meũ: apportabuntq; filios tuos in brachio filiasq; tuas in humero ferent

חֹצֶן Kimchi in lib. rad. exponit זְרוֹעַ brachium & alios exponere ait כְּנַף הַבֶּגֶד, oram uestis Habes quoq; istam uocem Nechem. 5, 13.

23.

Eruntq; reges nutritij tui & eorum reginae nutrices tuae: multaq; in terram (flexo) uenerabuntur te, atq; adeo puluerem pedum tuorum lingent ut scias quòd ego sim Iehouah, cui qui fidunt non pudefient.

24.

Anne forti auferetur praeda? & anne captiuitas iusta euadet? .i. anne illi qui iustè detinentur ca-ptiui eruentur? מַלְקוֹחַ hic significat praedam aliàs sumitur pro palato.

25

Imo sic ait Iehouah. Etiam captiuitas forti auferetur,

ac praeda robusto eripietur : & tecum cum litigante
tecum ego litigabo : filiosque tuos ego servabo.
26.
Cibabo autem populatores tui carnem
suam, & tanquam musto sanguine suo inebriabuntur:
ut cognoscat omnis caro quod ego sim Iehouah qui
servo te, & redimo te, fortis Iaacob.
מוֹנַיִךְ partic. binoni. hiph'il cum affixo 2 pers. sin. foem.
radix est יָנָה iniquè bona alicuius compilare
עָסִיס mustum. à עָסַס calcauit, sic dictum,
quòd ex calcando & contundendo educatur.

Caput L.

Ita inquit Iehouah : Vbi est libellus repudij matris
vestrae quo dimisi illam? aut quis est è foeneratoribus
mihi cui vendidi vos? Ecce propter iniquitates
vestras estis venditi, ac propter praevaricationes v̄ras
abiecta est mater vestra.

מִנּוֹשַׁי ונּוֹשִׁים פּ׳ è foeneratoribus meis. i.
qui mutuant qui foeneratur mihi.
2.
Quare veni neque quisquam fuit (repertus?) vocavi
nec quisquam exaudivit? an ne abbreviando abbreviata
est manus mea ut redimere nequeam? an non
est in me virtus ad eripiendum? Ecce increpatione
mea siccabo mare, redigam solo flumina in desertum
ita ut pisces eorum prae inopia aquae putrescant, &
siti moriantur.
פְּדוּת redemptio. à rad. פָּדָה.
3.
Induam solos coelos nigredine, & saccum ponam pro
operimento eorum.
קַדְרוּת nigredo. כְּסוּת Operimentum. etiam Iob 24,7

Dominus

4.

Dominus Iehouah dedit mihi linguam doctorum ut sciam dicere tempore suo, sitibundo (uel lasso) uerbum: excitare mihi solet mane, excitare, inquam, mane mihi solet ~~uerbum~~ aurem, ut audiam tanquam docti.

עות hic signat tempus et opportunitatem obseruare, in tempore dicere.

אֶת־יָעֵף lasso uel sitienti sub. uerbum Domini

Vt audiam) שְׁמֹעַ hic uidetur significare non simpliciter audire, sed intelligere. ut Iesai. 36, 11.

5.

Dominus Iehouah aperuit mihi aurem, neque ego rebellaui, et nec retroversi.

נְסוּגוֹתִי Praeter. niphal. à rad. סוג, recessit.

6.

Corpus meum dedi uerberantibus, & genas meas euellentibus pilos, uultum meum non abscondi ab opprobrijs & sputo.

גֵּו signat, medium. ~~&~~ ut Iob 30, 4. Item corpus seu dorsum ut hoc loco & Io. 3, 17.

מָרַט decaluare, depilare, radere pilum.

רֹק sputum, saliua. à rad. רָקַק

7.

Et Dominus Iehouah adiuuare solet me, quapropter nec confusus sum, quapropter constitui faciem meam tanquam silicem, & cognoui quòd non pudore suffundar.

חַלָּמִישׁ est idem quod חָזָק fortis, durus. sed tantùm dicitur de silice ut Psal. 114, 8. cum ipsum signat silicem, ut hic & Deuter. 32, 13.

Propinquus est qui me iustificat, quis litem intendet mihi? consistamus unà: quis dominus iudicij mei? appropinquet mihi.

בַּעַל מִשְׁפָּטִי partem aduersariam quidam interpretantur. Ad uerbum, dominus iudicij mei: aut patronus iudicij mei.

9

Ecce dominator Iehouah adiuuabit me quis est is qui me damnet? Ecce omnes illi (sunt) instar uestimenti inueterascent, tinea consumet eos.

עָשׁ tinea. hinc uerbum. Psal. 31, 11. Ossa mea עָשֵׁשׁוּ computruerunt: corrosa sunt tanquam à tinea.

10.

Quis est inter uos timens Iehoua? auscultans uoci serui eius? Qui ambulauit in tenebris, neqz est splendor ei; speret in nomine Iehouæ, & innitatur Deo suo.

נֹגַהּ splendor. à uerbo perfecto נָגַהּ

11.

Ecce uos omnes succenditis ignem accingentes uos scintillis: ambulate in lumine ignis uestri, & in scintillis (quas) accendistis: à manu mea hoc eue-nit uobis: in dolore decumbetis.

קָדַח ardere, succendere. uerbũ & transitiuum & intransitiuum. זִיק scintilla. מַעֲצֵבָה dolor.

תִּשְׁכָּבוּן decumbetis. alij, moriemini.

CAP. LI.

Auscultate mihi qui sectamini iustitiam, qui quæritis Iehouam; contemplamini petram (unde) excisi estis, & ad perforationem cisternæ (unde) effossi estis.
חֻצַּבְתֶּם excisi estis, dolati estis. præterit. pual.
Ad מַקֶּבֶת perforationem cisternæ. i. uulua, quam comparat cisternæ. acsi dicat, ex ad cisternam perforatam ex qua perforati estis, ^ (Kimhi.) נֻקַּר effodit.
^ i. ad Sarah.

2.

Respicite ad Abrahamum patrem uestrum, & ad Sarah quæ peperit uos, qui solum uocaui eum, & benedixi ei & auxi eum.

3.

Cum consolatus est Iehouah Sionem, consolatus est omnes uastitates eius, constituitque desertum eius tanquã Eden (locum amoenu) & solitudinem eius instar horti Iehouæ, gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiaru actio & cantus.

4.

Attendite mihi populé mi, & gens mea aures præbete mihi: quia lex à me egredietur, & iudicium meum in lucem gentium quiescere faciam. id est requiescere faciam eos ab ira, uel à bello inquit Kimchi in commentarijs. nam רָגַע nonnunqua signat נוח quiescere.

5.

Propinqua est iustitia mea, egressa est salus mea, & brachia mea populos iudicabunt: me regiones expectabunt, & brachium meum operientur.
יִחֵל exspectauit. in piel.

6.

Attollite ad coelum oculos uestros, & intuemini terrā infra. quoniam coeli ut fumus deferentur: & ipsa terra tanquam uestimentū ueterascet, & incolae eius similiter morientur: at salus mea in seculū erit, & iustitia mea non peribit.

נִמְלָחוּ in niphal idem sign. quod נִשְׁחַת, ut כָּלָה, defecit, consumptus est.

7.

Auscultate mihi qui cognoscitis iustitiam, populi in quorum corde lex mea (est): ne timeatis opprobrium hominis; & à conuitijs eorum ne expauescatis.

גִּדּוּפָה, Conuitium, opprobrium. à גִּדֵּף, conuitiari.

8.

Nam tanquam uestem comedet eos tinea, & tanquam lanam uorabit eos uermiculus: at iustitia mea in seculum erit & salus mea in generationem generationum.

9

Euigila euigila induere fortitudine ô brachium Iehouae: euigila ut in diebus priscis, generationibus seculorū: nonne tu es illud quod excidisti Aegyptum (&) dolore afficiebas draconem?

רַהַב fortitudinem aliàs signat ut suprà in hoc propheta cap. 30, 7: hîc autem sumitur pro Aegypto quae est regio potens ac superba.

מְחוֹלֶלֶת particip. poel foem. à rad. חול. dolore afficiens; alij, uulnerans.

draconem?) Pharaonem regem Aegypti intelligit.

i. brachiū illud 10.

Nonne tu es quod siccabat mare & aquas abyssi magnae: quod redigebat profunditates maris in uiam, ut transirent redempti?

מַעֲמַקִּים profunditates. hoc nomen habetur et Psal 130, 1

11

Ita redempti (à) Iehouah reuertentur venientq; Sionem cum iubilo, & gaudium perpetuum erit in capite illoru : gaudium & laetitiã apprehendent ; fugient molestia & dolor.

יָגוֹן molestia, afflictio. à rad. יָגָה.

12.

Ego ego sum q̃ uos consolor, qua(es)tu ut timeas (tibi) ab homine (qui) morietur? & à filio hominis (qui) foeno (similis) redditur? :

13.

Obliuisceris autem Iehouae factoris tui, qui extendit coelos & fundauit terram? atq; expauescis iugiter omni die ab + à furore (eius) qui coarctat (te)? ut qui se praeparat ad perdendum? Vbinam quaeso (nunc est) furor eius qui coarctabat te?

יְהוָה עֹשֵׂךְ. Heterosis gñris. in praecedenti .n. versu foemino gñre compellabat Sion congregationi captiuoru: hic cum masculino unumquemq; quasi captiuu alloquitur.

14.

Festinauit captiuus ut soluerretur, neq; morietur, ut mittatur in foueam, neq; deficiet panis eius. Praeterit pro futur. certissimo. צֹעֶה hic est intransit. migrans, mouens se de loco ad locu. .i. captiuus qui de loco in locu traductus est. שַׁחַת fouea. à rad. שׁוּחַ uel שׁוּחַ.

15. Et ego Iehouah Deus tuus, scindens mare cum resonant fluctus eius, Iehouah exercituum nomen eius.

רָגַע idem quod בָּקַע.

16. Et ut posui uerba mea in os tuu, & umbra manus meae texi te: ut plantem coelu & fundem terra, & dica Sioni, populus meus tu es.

17. Excita te, excita te, surge Ierusalem quae bibisti de manu Iehouae poculum irae eius: foecem poculi soporis (uel, ut alij, tremoris) bibisti, expressisti. מָצָה idem q̃ מָצַץ pressit, expressit.

18. Non est qui ducat illam ex omnibus filijs (quos) peperit: non est qui apprehendat manu eius ex omnib. filijs (quos) educauit.

Redij ad lectionem Immanuelis mutata hora Strigelij. 3 Novemb.

19.

Duo ~~tria~~ sunt quae evenerunt tibi, quis condolebit tibi? vastitas & contritio, id est ipsa fames & ipse gladius. per quem consolabor te?

שְׁתַּיִם Haec vox patet non mem assumit dagesch forte in ת post scheva mobile. nam dagesch quod hic apparet est loco supplementi omissi נ. venit enim a radice שָׁנָה. Est igitur שְׁתַּיִם pro שְׁנְתַּיִם.

מִי יָנוּד Quis movebit (sub. caput) tibi? Capitis autem motio doloris & sympathias indicium erat.

Vastitas & contritio) indicat quae sint illa duo mala. alterum est internum, alterum externum.

Fames & gladius) Hae duae voces explicant duas praecedentes. & notant et calamitates duas quae plerumque coniuncta sunt. nam bellum nullum est solet quod non subsequatur fames. 20 מִי pro בְּמִי per quem?

Filij tui animi deliquium passi sunt, iacuerunt in capite omnium platearum, tanquam bos sylvestris irretitus; qui pleni erant furore Domini, increpatione Dei tui.

Pergit recensere calamitates in quibus prius fuerunt immersi Iudaei: ut liberatio ex ijs maior appareat.

Deliquium) nimirum prae fame.

Deut. 14, 5 quoque legitur hoc nomen תוא sed transpositis literis, ^ ut in quibusdam libris saepe fit. ^ ~~אתו~~ תְּאוֹ

~~מִכְמָר~~ Bubalum quidam interpretantur & ~~quae~~ ubique cum Urum. sed illi melius: nam urus in Iudaea non reperitur sed tantum in Septentrionali plaga.

מִכְמָר retis .i. in retibus. hoc retis. Hebraismus.

Increpatio Dei tui) .i. qui quanquam te increparit tamen non desinit esse Deus tuus .i. liberator tuus.

Idcirco

21.

Ideirco audi nunc hoc misera, & ebria at non vino.

Resumit metaphoram supra usurpatam ver. 17. Nunc alloquitur Ecclesiam quasi ebriam poculo sopori-feris afflictionum. Est aut hoc ut ea magis ad petendam liberationem stimuletur, & impetrata mox e-jus gaudeat.

שִׁכֻרַת forma constructionis. cui tamen nihil regi-tur. subintelligunt aut Hebraei הַצָּרוֹת. ut sit: inebriata afflictionibus.

Particula לָכֵן in principio, notat Deum praestituisse suo populo terminum afflictionis, ad quem quum pervenerit velit eum liberare.

22.

Ita ait Dominator tuus Iehovah, & Deus tuus: Qui causam tuebitur populi sui: ecce abstuli è manu tua poculum soporis, feces poculi furoris mei, non adjicies bibere ipsum ultra.

Nunc manifeste promittit se finem impositurum affli-ctionibus populi sui.

אֲדֹנַיִךְ nomen domini in plural. ponitur pro singulari. יָרִיב pro אֲשֶׁר יָרִיב. relativum .n. subintelligitur. תַּרְעֵלָה form. תַּרְדֵּמָה.

Non adjicies) Hinc magni nois Hebraei recte colli-gunt de spirituali restitutione populi Dei hic agi, non de externa & carnali. nam recte post restitutionem tem-poris Iudaeis, post 400 annos aeque acerbum imo magis acerbum multo poculum a Deo fuit propinatum.

23

Ponam autem ipsum in manu affligentium te qui dicebant animae tuae, prosterne te, ut transeamus, & posuisti tanquam terram corpus tuum, & tanquam

plateam transeuntibus.

שַׁמְתִּיהָ refertur affixu foemin. non ad כוס sit ad תַּרְעֵלָה vel קֻבַּעַת

Affligentium te) nimium transgressi limites mo-derationis à me praefixos - neque habentes eundem scopum quem ego.

שְׁחִי pro imperat. foemin. à שָׁחָה unde & השתחוה.

צַוָּאר form. צֵאן. à rad. צוה. In plural. nu-mero non sequitur formã nominis צֵאן junctum cum affi-xis. nam retinet suum .. cum צֵאן manet in schua

Caput LII

Evigila evigila, induere fortitudine tua ô Sion; induere vestib. gloriae tua ô Ierusalem, civitas sancta: quia quin non adjiciat (ut) veniat ultra in te praeputium habens & pollutus.

Qui dolebant aut poenitentiam agebant, saccū & induere & cinere se sordidare solebant: contrà, cùm inter hîc Propheta laetitiam & gaudium sum-mū vaticinatur, iubet vestes pretiosas & laetas induere.

Audiri Iud. 5, 12. accentus est in ultimā, עוּרִי illa his quoque עוּרִי: usitatius tamen multo est ut in prima syllaba sit accentus: ut in eodē versu bis עורי

תִּפְאַרְתֵּךְ Nomina foeminina formae desinentia in ת cùm coniunguntur affixis, imprimunt dagesch literae ת. cùm autem in ה desinunt: in compositione affixi ת non habet dagesch.

Ut veniat in te) subaudi tanquam hostis & tanqua victor. Per incircumcisū intelligit eū qui ab Ecclesia & foedere alienus est. 2.

Excute te è pulvere, surge, sede Ierusalem. dissol- vere

ore uinculis colli tui, captiua filia Sion.

Nunc inquit cineres & pulueres, quibus sordidata iacebat tristitiam & moerorem significans, excutere.

שְׁבִי hic quidam interpretantur captiuitatem & coniungunt cum sequenti uoce ^ sed cum ab ea accentu seiuncta sit, apparet imperat. form. esse à ישב.

^ ô captiuitas Ierusalem.

Vinculis collis tui) Metaphora sumta a iumentis iugo subiectis.

מוֹסֵר uinculum à rad. יָסַר in qua radice י est posita pro א. nam אסר significat ligauit.

צַוָּארֵךְ. in hoc nomine exprimitur litera quiescens post T, quae post omnes uocales longas potestate subsequitur, & si non actu.

3.

Nam ita ait Dominus: Gratis uenditi fuistis & non argento redimemini. Sententia simplicissima est:

" Non ita uenditi estis hostibus ut inter eos & me
" contractus interuenerit: non igitur pendebit salus uestra
" à uoluntate hostium, sed ut libere uenditi estis
" ita & libere redimemini. Sunt igitur Israelitae
" gratis uenditi, quatenus nullum pro eis pretium
" ab hoste Deus accepit: quod autem ad ipsum popu-
" lum attinet, suis peccatis captiuitatem seu uendi-
" tionem illam sunt meriti

4

Nam ita ait Dominator Iehouah:

(In) Aegyptum descenderat populus meus in principio, ut ad peregrinandum ibi: at Assyrius pro nihilo (hoc est, sine re) oppressit eum. .i. populum meum.

A minori ad maius confirmat fidem suae promissi-
,, onis. Si vos liberavi a servitute Aegyptiorum quae
,, que iusta videbatur, quia sponte eo descenderunt
,, patres vestri, & se Faroni subiecerunt: multo magis
,, vos induxi(?) huic captivitati eximam. iniustam dico
,, quod ad regem Babylonis attinet, non quod ad vos.
Oppressit eum) .i. invitum traxit eum. Atque
ita discrimen notat inter hanc & Babylonicam
Aegyptiam captivitatem: haec enim voluntaria in
principio fuit. illa violenta & iniusta.

5.

Nunc itaque quid mihi hic? dictum Domini:
nam sublatus fuit populus meus sine causa,
dominatores eius eiulare faciunt (eum): & iugiter
quotidie nomen meum contumelia afficitur.
Primum; Assyrius nullum ius habet in meum populum.
Secundo, insolenter dominantur. Tertio, no-
men Domini contumeliae exponitur. Has tres
causas Deus adhibet cur amplius quiescere nolit
sed aggredi velit liberationem sui populi.

מֹשְׁלָו. Regulariter esset ו ישבו. sed
hic si puncta spectes, est pluralis num. omnes domina-
tores: sin litteras singul. quisque dominatorum.

יְהֵילִילוּ: Solet ה nota coniugationis hiphil
excidere in futuro: tamen nonnunquam exprimi-
tur. praesertim in verbis quiescentibus in prima ',
ut יְהוֹשִׁיעַ. pro יוֹשִׁיעַ. rad. est ילל

מְנֹאָץ Mixtum ex coniugationis pual participio
quod attinet ad 2 syllabam: & ex coniug. hith-
pael partic. praef. in prima syllaba. Littera au-
ת formativa verbi hithpael eliditur, & suppletur
tn per dagesch impressum נ. pro מִתְנָאֵץ

Sed

Sed potest esse duntaxat participium hithpael, ut ת, quod sub ו scribi debebat pro patach si ה fuisset capax dagesh: mutatum sit in cholem.

6.

Iccirco cognoscet populus meus nomen meum, pro a ..... (cognoscet) in die illo, quod ego ipse qui iam loquor ecce (adero).

ידע Cognoscet .i. experietur. q. d. id quod iam fide complectitur, id olim reipsa experietur.

7.

Quam speciosi facti sunt super ipsos montes pedes euangelizantis, publicantis pacem, nuntiantis bonum, nuntiantis salutem, dicentis Sioni, Regnat Deus tuus.

Sicut qui nouam suam audiri late cupiunt, sup-..... & editiorem locum conscendunt: ita hic Propheta nuntios salutis in ipsos montes ascensuros, ad late spargendum salutis nuncium, dicit.

נָאווּ ex ordine quiescentium in prima & quiescentium in ultima. rad. נָאָה. hic est in conig. niphal pro נִנְאֲוּ. Atque ista quidem .... consonantium conflatio in Hebraea lingua minus est frequens, in Chaldaea aut & Syra linguis frequentiss.

בשר bona nuntiauit. semper in bonam partem sumitur, etsi secus sentiat Kimchi.

Quam speciosi &c.) .i. quam gratus est aduentus eorum qui nuntium boni afferunt. Talis locutio est Cantic. 7, 1.

8.

Vox Vocem speculatorum tuorum (audies), extollent uocem, pariter exultabunt quia oculo ad oculum ui-debunt, quum conuerterit Deus Sionem.

tanquã speculatores
Induxit prophetas, praemonentes populum iudaicu de adventu servatoris sui. Speculatores enim saepenumero prophetae in Scriptura nominantur. ut infra 56. Ierem. 6. Habac. 2. &c.
Exaltarunt vocem) .i. certissime efferunt. ꝙ nuntiabunt nobis quam certissima.
עַיִן בְּעַיִן) Num. 14, 14 -- similis locutio habetur. & signat, manifestissime. non ea quae propius admota sunt penitius introspicimus.
בְּשׁוּב יהוה Nahum. 2, 3. Sophon. 2, 7 & 3, 20. habemus quoque שׁב in significatione transitiua ac si esset הֵשִׁיב convertit, redire fecit.
Erumpite (in laudes) exsultate pariter ruinae Ierusalem, q̃a certissime consolabitur Dominus populum suum, certissimo redimet Ierusalem.
Hortatur ad gratiarum actionem, suamq; hortationem amplificat prosopopoeia.
10.
Nudavit Deus brachium sanctũ sui ante oculos omniũ gentiũ; & videbunt oẽs termini terrae salutem Dei nr̃i.
Metaphorice signat Deum fore futurum & diligentissimum in liberandis suis.
11.
Recedite Recedite exite illinc, pollutum ne tetigeritis, exite e medio eius: mundamini gestantes vasa Domini.
Nonnec Videtur hypotyposi iucũda, instare tempus liberationis atq; ideo iubere illis ut sint parati, tanquã statim abituri.
Etenim

Etenim non cum festinatione exibitis, & cum fuga non digredietis, sed ibit ante vos Dominus & congregator ut erit Deus Israel.

Cum festinatione potius extracti quam abducti fuerunt Israelitae ex Aegypto fuitque fuga magis quam liberatio: at hac liberatio à captivitate Babylonica & servitute diaboli non ita se habebit, inquit propheta. Nam Israelitae ex Babylonia discesserunt concessione & permissu regis, sensim & bene compositis rebus.

Levit. 20, 8: pro ∴ ~~ante~~ ante affixũ 2 personae pronominis mutatur quoque in chiric. מְקַדִּשְׁכֶם: ut hoc loco מְאַסִּפְכֶם pro מְאַסֶּפְכֶם.

13.

Ecce prosperabitur servus meus, extollet se, & exaltabitur, & sublimis erit valde.

Hic incipere debebat caput LIII. agitur enim iam de Christo qui formã servi accepturus & pro nobis satisfacturus erat. cuius quoque causa omnia quae Judaeis unquam à Deo bona contigerunt, sunt data. In Thalmud, volumine Sanhedrim cap. ult. uidetur intelligitur vaticiniũ sequens de Christo redemtore generis humani. Jonathan quoque Chaldaeus de Chr̃o intelligit, & alij Judaei qui ante Christum natum vixerunt, neque pravis studijs secta & opinionibus errorum corrupti fuerunt, ut sunt ij qui postea sunt secuti. 1 Sam. 18, 14. hoc quoque verbum הִשְׂכִּיל pro prosperari usurpatur.

14.

Attoniti obstupuerunt super te multi, adeo corruptus erit prae humanis modo aspectus eius, & forma eius ultra (modu) filiorum hominis:

Est quaedam anticipatio in hoc & sequenti versu: Nec quis à Messia abhorreat propter eius deformitatem & abiectionem: hanc enim subsecutura est incomparabilis & aeterna sublimitas.

כֵּן hic significat, adeo.

15.

Ita asperget (famae suae) gentes multas: super eum claudent reges os suum: quia quod narratum non fuerat eis, viderint: & quod non audierant intellexerint.

יַזֶּה futur. hiph. à rad. נזה. Sensus autem Christum nomen suum celeberrimum redditurum inter multas gentes, sicuti antea obscurum & abiectum erat. Kimchi aliam significationem verbo huic tribuit, sed coactam nimis. interpretatur enim יַזֶּה alloquetur. Claudent os suum) i. obstupescent prae admiratione, & Christo credent, ipsique se submittent.

Caput LIII.

Quis crediturus erat praedicationi nostrae, (vel publicationi nostrae) & brachium Domini cui revelatum fuisset? Praedicit Propheta homines incredulos in hac voce: nunquam hoc credituri aut in animum inducturi eorum, tam mirabili ratione Deum liberationem sui populi instituturum fuisse, / eamque virtute effecturum Deum misso Christo, ~~quae ita~~ nisi iam oculis vidissemus.

2.

Et ascendit ut virgultum coram eo & ut radix è terra sitibunda, non forma ei (erat), nec decor & cum videremus eum nequaquam erat aspectus ut desideraremus eum.

יוֹנֵק significat tenerum foetum animalis qui adhuc sugit.

fugit. hinc transfertur ad tertiu singulum.
Non erat decor) nimirum ut quod promitteret tantum prae-
stantiae & excellentiae quantam postea apparuit.

3.

Despectus fuit & vilissimus virorum, vir
dolorum & cognitus (.i. obnoxius) morbo, & tan-
quam absconsio faciei a nobis, despectus, ideo non reputauimus eum.
חֲדַל in statu abs. et חָדֵל form. זָקֵן
prouenit. & אִישִׁ etiam in plural. num. reperitur,
quod perrarum est.
Absconsio) .i. tanquam res a qua abhorrentes ab-
sconditimus atque auertimus faciem.

4.

Sane morbum nostrum ipse pertulit, & dolo-
res nostros ipse portauit eos: tamen nos repu-
tauimus eum plagis affectum percussum a Deo
& humiliatum.
Nunc accusant errorem suum
חֳלָיֵנוּ plural. num. a sing. חֳלִי .
pro א autem in quam mutari) aliis solet.
in plural. num. hic manet)

5.

Atqui ipse dolore affectus erat propter rebelliones no-
stras, attritus propter iniquitates nostras, castigatio pa-
cis nostrae super eum erat, & per liuorem eius (pla-
ga) sanata est nobis.
מְחֹלָל participium pual in piel. significatque dolorem
grauissimum quali parturientes affici solent.
Castigatio &c.) .i. illa castigatio quae necessaria
erat ad nos Deo conciliandos & pacificandos.

נִרְפָּא) Ellipsis. subaudi 6 נִגַּשׂ

Omnes nos tanquam ovis erravimus, quisque in viam suam convertimus nos: Dominus autem incidere fecit in eum iniquitatem omnium nostrum.

7

Exactus est & ipse afflictus est nec tamen aperuit os suum tanquam agnus ad mactationem ductus est & ut ovis ante faciem tondentium suorum obmutuit, ut non aperuerit os suum.

נָגַשׂ significat exigere debitum. item in niphal נִגַּשׂ significat adigi ad solutionem debiti.

שֶׂה significat, & agnum & hoedum: parvulum in utraque specie.

טֶבַח interdum est nomen destructio significans mactationem: aliàs (& quidem saepius) locum ubi ipsa mactatio peragitur fit.

רָחֵל ovis tantum sexus foeminini. at צאן vox est ovis utriusque sexus.

נֶאֱלָם deponens verbum significans obmutescere.

11.

Propter laborem animæ suæ uidebit (quo) sa-
turetur: cognitione sui iustificabit iustus servus
meus multos: & iniquitates ipsorū ipse portabit.
Consuetudo Scripturæ est uerbo uidendi uti
pro experiri & percipere. ut Ierem. 17, 6
ולא יראה כי־יבא טוב Non uidebit cum uenit boni.
Ita hoc loco dicitur: Videbit (quo) saturetur,
id est percipiet uberem fructum voluntariæ suæ
passionis

12
Propterea distribuam partem ei cum multis, & cum ro-
bustis diuidet prædam, eo quod effudit expositam ad
mortem animam suam: & cū praevaricatoribus nu-
meratus est, & ipse peccatum multorū sustinuit
& pro ipsis praevaricatoribus orauit.
Loquitur de Christo triumphaturo tanquam de
principib. qui deuictorū hostium spolia dilecta
diuidunt.

Sic sumitur pro magnis Ierem. 25, 14. גוים רבים.
רבים non solum ad quantitatem discretam
sed & saepe ad continuam quantitatem refertur.
Ita hoc loco רבים non tam multos quam
magnos, robore uiribus & dignitate, significat.
הערה effudit. quomodo & exponitur Gen.
24, 20: ותער אל כדה Et effudit hydriam suam Futur. piel.
Quidam aut exponunt, exoneravit, respicientes
ad radicem ערך, sed Grammatica repugnat.
Est enim hiphil a rad. ערה

הפגיע quando construitur cum literæ ב signi-
ficat incidere fecit. ut supra versu 6. At constructum cū ל, orauit, inter-
cessit ut Genes. 23, 8. & hoc loco; tametsi in Genesi
verbum in kal ponitur. ופגעו־לי.

Caput LIV.

1.

Iubila sterilis (quae) non peperisti: erumpe in jubilum & exsulta (quae) non indoluisti: quoniam plures (futuri sunt) filij desolatae quam filij coniugatae.

Quia Christus non sibi sed Ecclesiae suae Christus mortuus est, statim post narrationem mortis eius subiungit propheta utilitatem quae ex ea ad pios reditura est. Nam Ecclesia quae inclusa erat angustis limitibus: a morte Christi per totum orbem est sparsa.

Sterilis) O Ecclesia Gentium quae hactenus nullos aut paucissimos peperisti Deo filios. צהל proprie est hinnire. sed hinc transfertur etiam ad homines quae latina clamantes.

חיל doluit, e dolore seu laboravit.

2.

Dilata locum tentorij tui, & cortinas tabernaculorum tuorum dilatent: ne prohibeas; produc funes tuos, & paxillos tuos consolida.

Pergit vaticinari de propagatione Ecclesiae Dei. Accommodat autem hanc concionem ad consuetudinem sui temporis & regionis. prout enim vel magna vel parva erat familia, ita vel latius vel angustius erant distendenda tentoria.

Dilata locum) q. d. non iam amplius sola Ierusalem sufficit accipiendis Dei cultoribus

ultoribus or filijs. מִשְׁכָּן habitaculum.
instar מִשְׁפָּט · רִיעָה ruina ut נְדִיבָה.
תַּחְשֹׁךְ prohibens. pro schuua est positum
cholem in schin · propter accentum athnach.
יָתֵד clauus paxillus. forma יָקָר · in plur. foemininum
3. est יְתֵדוֹת
Quoniam ad dextram & sinistram erumpes & se-
men tuum gentes possidebit, & urbes desolatas ha-
bitabiles reddent.

Ad dextram) id est à meridie. Nam ita
in superiori plaga orbis describuntur ut sunt
homini versa facie stanti ad Orientem. Huic
Auster est à dextra דָּרוֹם inde dictus: Eurus
à fronte: à tergo Zephyrus: Aquilo à si-
nistra.
Semen tuum gentes) i. Christus semen Ecclesiae
ex suo semine oriundus erit Gentium haeres.
iuxta promissionem datam Psal. 2.
4.
Ne timeas, quia non pudebit te fies, & ne confun-
daris, quia non erubesces; quin potius pudoris ado-
lescentiae tuae obliuisceris, & opprobrij uiduitatis
tuae non recordaberis ultra.
Promittit Ecclesiae continuam protectionem, iuxta
illud: Ego uobiscum sum usque ad consummationem
seculi. Comparat autem hanc liberationem cum
prioribus, quas experta est alia captiuitate, hanc uno per-
petuam fore dicit restitutionem. Adolescentiam

vocat Propheta (interpretibus Hebraeis) captivitatem Israelitarum in Aegypto, viduitatem autem captivitatem Babylonicam. עלומים adolescentiarum i. adolescentiae. nomina enim aetatum in plurali numero tantum sunt usitata. עלמה puella occulta, incognita viro. hinc עלומים

*Viduitatis tuae) i. captivitatis Babylonicae, de qua loquitur Propheta, etsi iam praeteriisset.

*viduitatem eo tu vidua tibi videberis, q. ad tempus a me derelicta „ gustaris.

5 Nam maritus tuus fabricator tuus, Deus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Deus Israel, Deus universae terrae vocabitur.

Causa redemptionis etiam ponitur: Quia Deus vult universae terrae Deus vocari. בעליך vocatur maritus a patrocinio quod maritus uxori debet. In plural. ponitur pro singulari, ex more nominum significantium dominium.

6 Sed tanquam mulierem derelictam & afflictam spiritu vocavit te Dominus, & uxorem adolescentiae quae sperni (nonnunquam) solet, ait Deus tuus. Cl. d. At tempus quidem a me spreta fuisti, sed iam antiquam & coniugalem nostram erga te benevolentiam declarato.

2 Sam. 16, 18 כי etiam pro sed, vel etiam legitur. ut hoc loco.

Tanquam derelictam) q. d. non tanquam viduam

duum et repudiatam, ut tu putabas.
אֵשֶׁת est forma constructiua ex forma absoluta אִשָּׁה. non ut quidam putant esse אשת formam per se.
7.
In momento exiguo dereliqueram te: et miseri cordia maxima colligam te.
רֶגַע per se paruum tempus significat. et coniun ctum cum nomine קטן, minimum temporis punc tum significat.
8
In momento irae abscondi faciem meam pauli sper abs te; et per clementiam aeternalem mi sertus sum tui, ait redemptor tuus Iehouah.
שֶׁצֶף dicti non inuenitur quam hoc loco. quo omnium interpretum sensu idem quod רֶגַע significat.
9.
Nam (cui) aqua Noe illud mihi (est) quibus cum iuraueram fore ut non transiret aqua Noah ultra super terram, ita iuraui quo minus irascar aduersus te & quo minus increpem te.
Dicit non magis expectandam aut timendam esse vindictam post hanc restitutionem, quam uniuersale diluuium est expectandum, quod non uenturum iurauit Dominus Noe.
Varia est lectio in principio vers. istius. quae tamen uerum sensum non parit. כִּימֵי Tanquam diebus & כִּי־מֵי nam (cui) aqua Noach illud est mihi. Ut autem sit כימי una dictio, confirmant uerba quae paulo post sequuntur conditiue particula

Sed montes ipsi mouebuntur (seu recedent), & ipsi colles nutabunt; at clementia mea à te non recedet, & foedus pacis meae non nutabit inquit miserator tuus Iehouah.

גֶּבַע collis. hinc גִּבְעָה item signif. in plur. גְּבָעוֹת.

Foedus pacis meae) i. foedus quo promisi tibi me initurum pacem tecum. meq; tibi reconciliatum iri. Hinc rursus patet prophetam hic non ~~loqui~~ tantum de liberatione à captiuitate Babylonica loqui: sed multò magis de liberatione à tyrannide Diaboli: quae liberatio aeterna est. Miserator tuus) Notat unicam causam & fontem liberationis nrae, Dei misericordiā.

11

O paupercula, tempestate iactata, consolatione destituta; ecce ego collocabo ([illegible]) in [illegible] lapide lapides tuos, & fundabo te in Sapphiro.

Promittitur restitutio Ecclesiae sub metaphora ~~restitu~~ reaedificationis aedificij alicuius [illegible].

Tantò autem statum Ecclesiae meliorem pristino futurum pollicetur, quantò gemmae & pretiosi lapides uulgaribus lapidibus praestant.

כדכד carbunculus. 1 Paralip. 29. huius lapidis pretiosi quoque fit mentio.

12.

Et ponam pretiosiss. lapidem fenestras tuas, & portas tuas è lapidibus refulgentib. ~~[illegible]~~ ex colore ignis, & omnem terminum tuū (vestigium) in lapides desiderabiles.

כדכד

כַּדְכֹּד Lapis nigri coloris & preciosus. hoc
colore cum gagates sit praeditus, coniicit hinc
hunc esse כדכד. Gagates vocatur à flumine
in quo invenitur. His lapis post conceptum
ignem, restingui non potest igne aquâ, sed oleo. teste
plinio li. lib. 26 c. 29.

אֶבֶן אֶקְדָּח lapis rutilationis seu feruoris. i.
qui feruoris & ignorum colorem habet. rubinum
vulgò vocant.

13

Praeterea omnes filij tui (i. erunt) edocti à Do-
mino, & crescet felicitas filiorum tuorum.

Cognitio Dei praecipuum est donum quod in Ec-
clesiam velitius confertur. De hoc etiam Ierem.
31, 34 habemus.

לִמּוּד nomen subst. forma שָׁלוֹם

14.

Per iustitiam stabilieris, longè discedes ab oppres-
sione, quia non formidabis, & (longè discedes)
à pauore, quia non appropinquabit ad te.

Opponit iustitiam tyrannidi à qua longè abesse
vocabat. Promittit igitur iustum & aequum ma-
gistratum fidelibus. De iustitia hoc etiam supra
cap. 72.

תִּכּוֹנָנִי pro תִּתְכּוֹנְנִי. ad intendendam empha-
siam quarum + literae geminatae positurae erant.

רַחֲקִי Est quidem imperat. modi: sed tamen
pro more Hebraeae linguae sumit suu tempus à prae-
cedentis verbi tempore. ~~Ex~~ Ponitur igitur pro

futuro תְּרַחֲקִי. Neq; tu ratione cur imperativus sit positus. Deus enim non solu[m] suis promittit felicitatem, sed simul etiam pre-iubet ut sua promissio impleatur.

מְחִתָּה à rad. חתת, form. מְגִלָּה (cuius)

15.

Ecce congregando congregabit se (hostis) non ex me, qui congregaverit se contra te, in te cadet.

.1. Quoniam, qui contra te conspirabunt, id contra meam voluntatem conabuntur facere; et mea voluntate & potentia concident ac peribunt.

~~Deut. 32, 36~~ אֶפֶס accipitur pro אֵין ut etiam hoc loco.

16

Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne carbones (.i. ignitos), & proferentem instrumentum ad opus suum: & ego creavi vastatorem ad perdendum.

Loquitur de fabro artifice instrumentorum bellicorum.

בְּאֵשׁ פֶּחָם est in constructivo statu quia בּ sub se habet schwa. Si in statu absoluto esset scriberetur בָּאֵשׁ.

Suum) hoc suum refertur ad instrumentum non ad fabrum. nam faber saepe non utitur gladio aut lancea quam fabricat.

Innuitur discrimen calamitatum quae immittuntur electis & reprobis: hi ut perdantur, illi ut serventur.

17.

Omne instrumentum (quod) formatum fuerit contra te non succedet, & omnem linguam quae consurget

contra eorum pergit
qui, ut in iudicium veniunt; hac est haereditas servorum Domini, & iustitia eorum a me, dicit Dominus.
Nihil potest adversus electos Dei, sed omnia eis in bonum cooperantur. Hoc ipsum Propheta hoc versiculo docet.

יֻצַּר יוצר fut. hophal à יצר

Negat electis nocitura instrumenta tam ea quae ab hominibus inventa facta quam quae a natura data sunt.

Haereditas) Epiphonema. quo confirmat possessio non solum electis esse firmissimam, qualis est ea quae haereditate obvenit.

Caput LV

Heus omnes sitientes venite ad hanc aquas, etiam ii qui non est argentum; venite emite & comedite, venite inquam emite absque argento & absque pretio vinum

Beneficium quod ex morte Christi consequuntur electi hic commemorat Propheta sub metaphora cibi & potus. Rationem eius fructus percipiendi quoque ostendit

הוי nonnunquam ponitur pro interiectione dolendi luctus. atque tum ה est loco א. Quando vero adhortationem vocandi est, ה proprium est. & radix הָיָה; ut הוי significat quasi, adest, adesto.
לַמַּיִם pro להמים nam de certis aquis & salutaribus loquitur .i. spiritualibus Christi donis.
אכל proprie significat edere. nonnunquam significat autem latius, frui nimirum ut hoc loco. & supra 1 cap. 19 vers.

